Quarto decimo a reſpectu mulieris alieni viri· periculoſus est eñ valde reſpectus talis· ipſe reſpectus fuit occaſio dauid adulterij ⁊ homicidij vt dr̄ in tractatu de amicicia ij· reg· xj· Nec ſolum a reſpectu iſto erubeſcendū eſt· ſed etiam a quacūqȝ familaritate· vel ad ipſam vel ad ancillam eius bene poſſit oriri mala ſuſpitō· Unde ſequit᷑· Ne ſeruteris ancillam eius· ⁊ ne ſteteris ad lectum eius· Quinto decimo erubeſcendum eſt ab amicis ⁊ a ſermonibꝫ improperij· ⁊ ſi amicus debet arguere amicum· tamen abſqȝ improperio· Tullius in tractatu de amicicia· monere ⁊ moni eſt officium vere amicicie· ita tamen ꝙ adulatōne careat ammonitō· ⁊ contumelia careat obiurgatō· Sextodecio erubeſcendum eſt ab improperatōne dati· Imitari debet illum qui dat omnibꝫ affluenter· ⁊ non improperat· vt legitur Iac· j· De fatuo vero legitur ecc· xx· exigua dabit ⁊ multum improperabit· Qui enim non erubeſcit male agere· eſt ſicut equꝰ abſqȝ freno qui de facili regi non poteſt· Duo ſolebant homines cohibere a malo· ſcȝ timor dei· ⁊ pudor mundi· Sed timor dei multos iam paruȝ cohibet a malo· benignitate enim dei ⁊ miſericordia abutuntur homies male agentes. quia deus benigne eos ad penitentiaȝ expectat Ecc· viij· quia non profertur cito contra malos ſentētia abſqȝ timore filij hominū perpetrant mala· non attendētes ꝙ mīa iſta ſuperexaltat iudicium· Iuxta verbum Iac· Quia quanto miſericordius hic parcit· tanto iuſticia in futuro durius ferit· vt dicit Ieronīꝰ· Quanto amplius malleus eleuatur· tanto poſtea durius percutit· ⁊ quāto arcus plus curuat᷑· tanto vehementius ſagittam emittit Similiter ſe habet iuſticia dei· Auguſtinꝰ· Lento gradu diuina procedit ſeueritas· ſed tarditateȝ compenſat grauitas· Pudor etiam iam pocius impellit homines ad malum· quam cohibeat a malo· quia qui ſolebant erubeſcere male agere iam erubeſcunt benefacere·

¶ De erubeſcentia mala· · Cap· xvj·

SEquit̃ de erubeſcẽtia mala . de qua hoc modo dice
mus . Primo ponemus ea que poſſunt valere ad
deteſtatõnem eius . Secundo ponemus remedia
quibus vti poſſumus contra eam . Primo poteſt valere
ad deteſtatõnem eius ſi oſtendat̃ quanta ſit timiditas eo
rum ⁊ ignorantia qui ꝓpter erubeſcentiam non audent bñ
facere . ipſi ſunt ſicut equi vmbram timentes . vera mala ñ
ſunt preſentis vite ſed future . Preſentia enim mala ſunt
ſicut vmbra futuroꝝ . trepidauerunt ait dd̃ . vbi nõ erat
timor . Vnde qui erubeſcentiam pñtem timent . ipſi timẽt
vmbram non veritatem . Ipſi ſunt ſicut paruuli qui terrẽ
tur latratu catulorum qui mordere non poſſunt . Seneca .
Auctoritatem habemus ſenum ⁊ vicia pueroꝝ . non pue
rorum tantum . ſed etiam infantium . Illi leuia formidant
hij falſa . nos vtraqꝫ . Quis verba irriſoris timet . leuia for
midat . falſa formidat qui reputat dedecus qꝫ eſt honor .
Mundus velut catulꝰ latrat irridendo eos qui bene agũt
ſed mordere neſcit . quia non eos percutit . ⁊ cum ſatis la-
trauerit tacebit . Viles milites qui ꝓpter latratum relin-
quunt domum ſuam bene relinquerent eam ſi viderẽt mili
tes inſequentes armatos . Si aliquis miles diceret ſe nõ
audere ſeruire regi francie . quia hoĩes inde loquerẽtur fri
uola ⁊ ridiculoſa eſſet excuſatõ . tales ſunt qui ꝓpter ver
ba hominum dimittunt ſeruire deo . Ipſi etiam ſunt timi
di vt lepores . Vtinam tamen eſſent leporibus in alijs ſi
miles . Lepus in petra cubile ſuum collocat . pu̇ . xxx . La-
bia habꝫ in motu . aures longas . pedes veloces . timor eñ
addit alas pedibus . ſic facere debet qui debilem ſe nouit
In petra cubile collocat qui in petra xp̃o fiduciam habet
Labia habet in motu qui ſepe orat . Longas habet aures .
Et qui iuxta verbum Iac̃ . j . Velox eſt ad audiendum et
tarde ad loquendum . ad reſpondendum ſcꝫ obprobrijs q̄
ſibi dicuntur . pedes veloces habet quem timor dei occu-
pat . quia qui timet deum nichil negligit . eccẽ . vij . Cauſa

huius timoris eſt duplex Prima eſt amor placendi mun
do · Seneca · Deſines timere ſi ſperare deſieris · Contra
tales dr̄ iac · iiij · adulteri neſcitis quia amicicia huius mū
di inimica eſt deo · quicunqꝫ ergo voluerit amicꝰ huiꝰ ſe
culi eſſe · inimicus conſtituit̄ dei · p̄s · Confuſi ſunt qui ho
minibus placēt · quoniam deus ſpernit eos. Et apoſtolus
Si hominibus placerem xp̄i ſeruus non eſſem · Secunda
cauſa poteſt eſſe hec · ꝙ deus forſitan receſſit ab eis · Vix
enim poſſet eſſe tanta timiditas in eo cum quo eſſet deus
p̄s · Si ambulauero in medio vmbra mortis non timebo
mala quoniam tu mecum es · Quod autem aliquis timidꝰ
fiat poſtquam dominus receſſit ab eo · patet ex eo ꝙ cayn
caput tremulum habuit ꝛ adeo timidus fuit vt domino
diceret · omnis qui inuenit me occidit me · Gen̄ · iiij · Ad
idem facit illud leuit̄ · xxvj · Si ſpreueritis leges meas
et iudicia etiam mea contempſeritis vt nō faciatis ea que
a me conſtituta ſunt ꝛ ad irritum perducatis pactū meū ·
ego quoqꝫ hoc faciam vobis · corruetis coram hoſtibus ve
ſtris ꝛ ſubiciemini hijs qui oderunt vos · fugietis nemine
perſequente · tanta timiditas erubeſcenciū ꝙ ex hoc ꝙ ſūt
coram hoſtibus ſuis corruunt · Non poſſunt ſufficere aſpe
ctum irridentium · ymmo ſicut fluit cera a facie ignis · et
nix a facie ſolis · ſic corda erubeſcencium a facie irridenciū
Ipſi etiaꝫ ſubditi ſunt hoſtibus ſuis · Cum enim irriſores
ſint hoſtes eorū ip̄i facere non auderent ꝙ eis diſpliceat
quod tamen deberent libentius facere quam eis placere ·
Ipſi etiam fugiunt · nemine perſequente · Irriſor enim
non perſequitur · ſed obſequitur · miniſtrat enim materiam
vnde corona etˀna fabricetur · Irriſiones enim ſunt velud
aurum ꝛ argentum · ꝛ lapides p̄cōſi ex quibus fit corona
paradiſi · ꝓūb · xxviij · Fugit impius nemine perſequente
mala pene quidē ſuccurſus ſunt a deo miſſi contra mala cul
pe · Mira fatuitas ꝙ homines fugiunt mala pene ꝛ ſequū
tur mala culpe · ſuccurſum a deo miſſum timēt ꝛ fugiunt ·

et moꝛtem ſuam ſecunt̃ · ſcʒ peccatum. Ecc̃ · xxi · quaſi a fa
cie colubri fuge peccatum · Et ſubditur · Dentes leonis
dentes eius interficientes animas hominū. Item de timo=
re eoꝛum quos deſeruit dominus dr̃ leui · xxvi · Terrebit
eos ſonitus folij volantis ⁊ ita fugiunt quaſi gladium ca
denti nullo perſequente ⁊ coꝛruente ſinguli ſuper fratres
ſuos · Folium volans eſt verbum irriſionis q̄ terret erube
ſcentes · Folium illud plus timēt quam dei gladium q̄ pa=
ratus eſt interficere eos · Deutro · xxxiij · Si acuero vt
fulgur gladium meum ⁊ arripuerint iudicium manus me
as · reddam vltōnem hoſtibus meis · Et Iob · fugite a fa
cie gladij · quia vltoꝛ iniquitatis eſt gladiꝰ Exo · xv · Eua
ginabo gladium meum ⁊ interficiet eos manus meā · Di=
cunt erubeſcentes quid dicunt de me ſi hoc facerem · tamē
non attendunt quid fiet de eis ſi hoc non fecerint · plꝰ di
cta hominum timent quam facta dei ⁊ plus timent verba
hominum quam gladiuʒ dei euaginatum Dicit erubeſcens
non poſſum pati vt hoc de me dicatur non erubeſcit con
fiteri tantam ignauiam de ſe q̄ tam facile ſibilꝰ hominum d
iciatur · Vere de illis eſt de quibꝰ dicit p̃s · Tanquam pul
uis quam pꝛoicit ⁊c̃ · ¶ De fatuitate erubeſcentium
bene agere.

Secundo poteſt valere ad deteſtatōnem erubeſcen
cium ſe male · Si oſtendatur quanta ſit fatuitas
eoꝛum qui erubeſcūt bene agere · que fatuitas p̄
mo poteſt oſtendi vt per hoc q̄ ipſi permittunt ſe vinci ab
irriſoribꝰ quos tam facile vincere poſſint quia ſolum taci
turnitate vincerentur irriſoꝛes · yſa. In ſilentō ⁊ ſpe erit
foꝛtitudo tua ſi enim qui irridentꝰ tacerent ⁊ animum habe
rent ad mercedem quam expectant ꝓ tollerantia irriſoꝛuʒ
confuſi eſſent irriſoꝛes · Sidonius · Garrulo non reſpon
dere · conuicium eſt · Sicut enim garrulus vincitur a non
reſpondente · atq̄ʒ contra ignem pugnandum eſt aqua cuʒ
ſit ei contraria · ſic taciturnitate pugnandum eſt contra

446

garrulitatem. Cogitare debet erubeſcens quando irridetur
ꝙ plus poteſt audire duabus auribus quam irriſor loqui
vno ore. Sapiẽs. Vnum os a natura. ⁊ duas aures ac-
cepimus. ac ſi diceret. plus debemus audire quam loqui
Poeta. quis labor eſt inquam quam tacuiſſe minor. Se-
cundo quia timent ab eis irrideri qui irriſione ſunt digni
quando mali irrident bonos de bonis operibus que agunt
idem eſt ac ſi ceci irriderent. vidẽtes de hoc ꝙ ipſi vidẽt. ⁊
claudi recte incedẽtes. ideo ipſa irriſio irridẽda eſt. Sen̄
Equo animo audienda ſunt imperitorum conuicia. Contẽp
nendus eſt ipſe contemptus. Quis ſane mentis non con-
temptnat claudicantem ſi videat ſe derideri ab ipſo eo ꝙ re
cte incedat Et quis talem non iudicet fatuū ſi ideo clau
dicanti velit aſſimilari. ꝙ ab eo deridetur deridẽdi ſunt ergo
irriſores non imitandi. Quidam ſenex in vitis patrum ait
Aut fuge homines aut irride mundum. aut que in mun-
do ſunt. ſtultum teipſum facito in pluribus. Si dicat aliquis
ꝙ deriſio malorum ꝑualebit. quia plures ſunt. R̄o. quia deus
et ſancti ſui iuuabunt bonos irridẽdo malos. ps. Qui ha-
bitat in celis irridebit eos. Et iterum. Videbunt iuſti et
timebunt ⁊ ſuper eum ridebunt ⁊c. Non eſt vituperium ſo
lis qui noctua non appreciat eum. nec vituperium auri et
argenti ꝙ iumenta non appreciant ea. Iumenta enim ne-
ſciunt eſtimare niſi fenum ⁊ ſimilia. ⁊ porci niſi furfur et
ſimilia. Sic non eſt vituperium bonorum. ſi a malis deride
tur. Mali enim ſunt velud noctue. Vnde boecius de eis di
cit. Hij ſunt ſimiles auibus quorum oculos nox illuminat
et lux cecat. Non eſt curandum de vituperio eorum qui
dicunt malum bonū ⁊ bonum malum. yſa. v. Ipſi etiā ſūt
ſicut iumenta qui viros ſanctos qui ſunt ſicut aurum et
argentum ⁊ lapides p̄cioſi deſpiciunt. pū. xxix. abhominan
tur impij eos qui in recta ſunt via. Et. xiiij. Ambulās re
cto itinere ⁊ timens deum deſpicitur ab eo qui infami gra
ditur via. Ariſtipus cum quidam ei diceret. homines te contẽpnunt

inquid. ⁊ illos aſini. ſed nec illi aſinos nec illos ego curo.
Vituperium talium laus eſt. ⁊ laus vituperium. Seneca
Malis diſpicere laudari eſt. non poteſt vllam auctorita
tem ſententia habere. vbi qui dāpnatꝰ eſt dampnat. Jdē
tam turpe ſit tibi laudari a turpibꝫ quaȝ ſi lauderis ob tur
pia. Tertō quia erubeſcunt bene agere eo ꝙ conſueuerūt
male agere. vel quia vident alios male agere. Hoc em̄ val
de glōſum eſt cum aliquis bene agit inter male agentes.
vel vitare illum qui male agere conſueuit. Tales ſūt ſimi
les illi qui erubeſceret. de hoc ꝙ de naufragio euaſiſſet vel
de hoc ꝙ ſanus eſſet. alijs exiſtentibꝫ leproſis. vel mūdus
alijs inquinatis. tales deriſiones non ſolum nō ſunt timē
de. ſed etiam ſunt appetēde. Seū. Nondum felix es ſi nō
dum turba deridet te. Math. v. Beati eritis cum male⸗
dixerint vobis homines ⁊ perſecuti vos fuerint ⁊ dixerint
omne mālum aduerſum vos mēcientes ꝑpter me. Qui vi
tuperatur ⁊ laudatꝛ attendat. quis eſt qui eum laudatꝛ
vel vituperat. ⁊ tunc placeat ei laus vel vituperiuȝ diſpli
ceat. Seū. Nunquam multis ſed quibꝫ placeas cogitato
Male erubeſcēs inique ſe habet ad deū ⁊ opa eius.

Ertō valet ad deteſtationem male erubeſcentie ſi
oſtendatꝛ quam male ⁊ inique ſe habeat erubeſcēs
ad deum. ⁊ ad ea que dei ſunt. Ad deū male ſe ha
bet triplr̄. ⁊ inquantū ſponſus eſt anime. inquātum domiꝰ
eſt. ⁊ inquantum pater. Jnquātum dominꝰ eſt dum ipe
erubeſcit dominū confiteri. dyabolum autē nō erubeſcit do⸗
minum confiteri ſeruicium dyaboli palam faciendo nll̄a em̄
certioꝛ domini confeſſio. quā ſeruicij redditō. Si aūt deū
dominum habet Non tamen vt pmum vel maiorem ſed vt
ſcdm. Solum em̄ ſeruiciū vult ei reddere in quo mundus
pbet aſſenſum. non attendens ꝙ deus rex eſt ⁊ regaliter ⁊
libere vult dominari. Erubeſcentes adeo negauerūt xp̄m
ꝙ nec etiam leui ſigno volunt videri eius diſcipuli. Erube
ſcentes ſigna dyaboli libere portant. vexillum vero xp̄i non

volunt portare niſi occulte · non attendentes illud Jer̃ · iiij
Leuate ſignum in ſyon ⁊ confortamini · ⁊ eiuſdem · vj · Le=
uamini vexillum ⁊c̃ · Jnquantum pater ſe male habet eru
beſcens ad deum · dum eum negat · Vix aliquis negat pa
trem ſuum licet pauperem · Quantam ergo contumeliam
facit tanto patri qui eum negat · merito ipſe negabitur ab
eo Math · x · Qui autem me negauerit coram hominibus
negabo ⁊ eũ ⁊c̃ · Jta accidit fatuo erubeſcẽti ſic̃ cuidã ſco
lari qui cum eſſet indutus p̃cõſis veſtibus ⁊ a ſocijs ſuis
honoratus · Cum viſitaſſet eum pater ſuus in humili habi
tu timens ne ſocij contempnerent eum ſi ſcirent eum ha
bere talem patrem rogauit patrem vt nullomodo hoc in=
dicaret eis · ⁊ ſimulãs ip̃m eſſe vnum deſeruientibꝰ pa=
tris ſui · Fecit eum comedere cum gartõne domus · ſed ta=
men finito prandio ſcolaris duxiſſet eum in cameram ſuã
ſecreto · ⁊ queſiſſet ab eo quid ei attuliſſet Oſtẽdit ei pa
ter denarios quos attulerat · aſſerens ait · q̃ nec vllum de
illis haberet · tu negaſti me fili ait pater · ⁊ ego nego te · de
cetero non comedes vel bibes de eo q̃ tibi mittam · Erube=
ſcens etiam male ſe habet ad deum · inquãtum eſt ſponſus
anime · dum de tanto ſponſo erubeſcit · O anima nõ eſt ita
ignobilis iſte ſponſus vt de eius ignobilitate erubeſcas · ſʒ
nobilis eſt p̃u · vlẽ · Nobilis in portis vir eiꝰ · nõ eſt etiã ita
deformis q̃ de eius deformitate erubeſcere debeas · p̃s ſpeci
oſus forma pre filijs hominum · ⁊ candor eſt lucis eterne ·
Sapiẽ · vij · Splendor glorie · ad hebre · j · Legittimꝰ etiã
ſponſus eſt nõ adulter · Sed mira inſania legittimũ ſp̃õſũ
confiteri dedecus creditur · adulterum vero mũdum ſcili=
cet abſqʒ verecũdia confitẽtur · ſcʒ quando dicũt q̃ ideo ſe
ornãt vt mundo placeant · Vñ Jere · iij · Quomodo ſi cõ
tempnat mulier amatorem ſuum · ſic cõtempſit me domꝰ
iſrahel dicit dominus · Nũc ſponſum ñ erubeſcebat q̃ dice
bat ipſi · ſuʒ cui angeli ſeruiunt euiꝰ pulchritudinem ſol
et luna mirantur · O anima ſp̃õſus iſte te ſingulari pugna

acquiſiuit· ipē eſt quē nec mors ab amore tuo ſeparauit
Male etiam ſe habet erubeſcens ad opera bona dum ea cō
temnit ⁊ ea facere erubeſcit· Iniquum eſt valde bona ope
ra inhonorare a quibus homo ſic honorat᷑· ecc̄· xiij· Omne
opus electum iuſtificabit᷑· ⁊ qui operatur illud· honora
bitur in illo· Quādo glia huiꝰ mūdi deficiet· tunc glia da
bit᷑ ꝓ bonis opibꝫ· de defectu pn̄tis glie· dicit ps̄· quoniā
cum interierit non ſumz omnia· nec deſ· cum eo g· d· eius
¶ De homine quē bona opera glificant·

Bona opera tripliciter glificabunt hominem· Pri
mo faciendo ei ſocietatē in morte quando relinqui
tur ab amicis carnalibus· Apoc̄· Opera enim illo
rum ſequunt᷑ illos· Secundo miniſtrando materi
am corone eterne· bern̄· Penitentia noſtra ſi crudeli miſe=
ratōne minuitur· paulatim gēmis corona noſtra ꝑuatur
Tertō ad modum veſtis hominem decorando· ps̄· Aſtitit
regina a dextris tuis inue· deau· circū· vari· Veſtis deau=
rata ſunt bona opera ex caritate facta· hec tria ſunt que ſo
lent hominem facere glo͛ſum· honorabilis ſocietas· decor
veſtium· ⁊ nobilitas· Hec tria vt oſtēſū eſt vir iuſtus ex
bonis operibus conſequitur· ad hūc ſtatum ꝑuenit criſtia
na religio ꝙ hodie inter xp̄ianos xp̄iane viuere obprobri
um eſt· ⁊ facilius poſſet xp̄ianus viuere inter aliquos pa
ganos quam inter multos xp̄ianos· Mira inſania ipſi pa
gani fidem xp̄ianam honorabilez reputant· ipi vero xp̄iani
vitaz xp̄ianā a qua fides habet valorez ſuum obprobrio ha
bent· bern̄· Quid diuidis opus a fide inique diuidis fidez
tuam perimens· Naz ſi fides ſine operibus mortua eſt· mu
nus mortuum offers deo· Idez· Quid fides que non opā
tur ex dilectōne niſi cadauer exanime· bene honoras deum
munere fetido· bene placas deuz fidei tue interfector· Iac̄
ij· Sicut corpus ſine ſpiritu mortuuz eſt· Veritas xp̄ia=
ne religionis a deo oditur· a multis etiā qui dicunt ſe xp̄i
ros· vt ſcꝫ ſigna eius videre nō poſſiunt quoniā tn̄ veritatē

debereńt amare ſuper omnem theſaurum terrenum · ymmo
adorāda eſſet eis veritas iſta · quantumcūqȝ fatuis cōtēp
tibilis eſſet · Vnde frater guido Cartuſienſ · Sine aſpe=
ctu ⁊ decore cruci affixa adoranda eſt veritas · In ſignuȝ
huius oſculant ⁊ adorant fideles crucem · multi tamē ado
rantes crucem exterius · crucem ſpūalem interius per con=
temptum conculcant · ⁊ in eam expuunt · ⁊ magnū viden
tur habere odium ad veritatem xp̄iane religionis · qui eti
am ſignis ei bellum indixerunt · ¶ De remediȷs contra
malam erubeſcentiam ·

Vnt autem quatuor meditatōnes valentes ꝯtra
erubeſcentiam malam · Prima meditatō eſt erube
ſcentia ſeu obprobrium ꝙ xp̄s ꝑ nobis ſuſtinuit
ꝙ obprobrium p̄dixerat · Ier · tre · iij · Saturabitur ob=
probriȷs · Qui attenderet obprobriū xp̄i ꝙ paſſus eſt par
ua reputaretur verecundia quam patitur ꝑ xp̄o · Solēp
nitas enim paſce tunc erat ꝓpter quam de diuerſis parti=
bus mundi iudei conuenerant in iheruſalem qui viderūt eū
pendentem in cruce · bern̄ · Grata ignominia crucis ſed ei q̄
crucifixo ingrat⁹ non eſt · hebr̄ · xij · Curramus per paciēti
am ad ꝓpoſitum nobis certamen aſpicientes in auctorem
fidei · ⁊ conſumatorem dei · iheſum qui ꝓpoſito ſibi gaudio
ſuſtinuit crucem confuſione contempta Secunda eſt me
ditatō erubeſcencie ſeu obprobriȷ ꝙ ſancti ſuſtinuerunt ·
hebr̄ · xj · Fide moyſes grandis factus eſt negauit ſe filiū
filie pharaonis · voluit magis affligi cuȝ populo dei quā tem
poralis peccati habere iocunditatē · maiores diuicias eſti=
māns theſauro egyptiorum in obprobrium xp̄i · Et · iij · act
Ibant apoſtoli gaudentes a conſpectu conci · quoniā dig
ni ſunt habiti ꝑ nomine iheſu pati contumeliam · Tercia ē
meditatō illius erubeſcencie · quam paciuntur in futuro ·
illi qui hic fugiunt eam pū · x · Quod timet impius · veni
et ſuper eum · Et iob · vj · Qui timet pruinam · irruet ſup
eum nix · Greg · De repugnantibus voluntatē dei dicit ·

Nuic voluntatem peragunt · vnde mutare contendunt et
conſilio dei reſiſtentes obſequuntur .quia diſpoſitōni eiꝰ
militat quod per ſtudium humanum reluctat · Qui vere
cundiam vel egeſtatem vel aliam tribulatōnem a deo miſſā
nolunt recipere modo · habebunt in futuro eam longe ma
iorem · tunc veniet ·q· viatoꝛ egeſtas ⁊ pauperies ·q· vir
armatus · pů · vj · Tunc non poterit homo effugere nec ei
reſiſtere · De verecundia malorum in futuro Jere · xx · cō
fundentur vehementer qui non intellexerunt obpꝛobꝛium
ſempiternum ꝗ nunquam delebitur · Et · xxiij · Dabo vos
in obprobꝛium ſempiternum · ⁊ ignominiam eternam que
nunquam obliuione delebitur · Quarta eſt meditatō illiꝰ
verecundie · de qua luč. ix · dicit dominus · Qui me erubue
rit ⁊ ſermones meos hunc filius hominis erubeſcet cū ve
nerit in maieſtate ſua ⁊ patris ⁊ ſanctorum angelorum ·
Tunc illi qui contempnunt modo alios · contempnentur
a deo vt mors eorum non reputetur ſicut ne mors vnius
canis · ipſe enim deus ridebit de morte eorum · pů · i · Ego ꝙ
qꝫ in interitu veſtro ridebo ·

¶ De malicia irriſorum · ¶ Cap̄ · xvij ·

Ultimo loco in tractatu de erubeſcentiā tangendū
eſt aliquid de malicia irriſorum que multum noci
ua eſt eccl'ie dei · etiam pluſqꝫ hereſis · Cuiꝰ ratio
hec eſt · quia dyabolus per irriſores filios dei ſuffocat duꝫ
paruuli ſūt · hec eſt vna de aſtucijs dyaboli ſuffocare bonū
inceptum in germine · vnde per ſerpentem religionē incho
atam in paradiſo ſuffocauit ⁊ per platonem populum iſra
heliticum deſtruere voluit · ſubmerſione paruulorum · exo
ij · ⁊ per herodem xp̄m paruulum occidere voluit · ⁊ vt euꝫ
occideret paruulos innocentes occidit · Math · ij · Unde
malicia irriſorum malicia hodierna eſt que filios dei paruu
los occidit · bern̄ · malicia hodierna eſt naſcentem perſequi
religionem · Ymmo maioꝛ quā hodierna videtur eſſe mali=
cia irriſorum quo ad hoc ꝙ herodes occidit paruulos iam

452

natos· Irriſores vero occidunt filios matris ꝓprie · ideſt
eccleſie in vtero adhuc exiſtentes · non enim expectant
ꝙ eccleſia pariat eos in ſacramento penitentie· ymmo quã
cito apparent in eis ſigna bone voluntatis ipſi ſuffocãt eos
verecundiã eis faciendo Irriſores priores ſũt quã draco
de quo dr̄· apoc̄· xij· ꝙ ſtetit ante mlierez q̄ erat ꝑitura vt
cũ pepiſſet filium ei9 deuoraret ipi autẽ ꝑtum matris ec-
cleſie non expectãt ſunt etiam vulpecule vineaz demolien
tes· cã· ij· capite vobis vulpes puulas q̄ demoliunt vineas
Sũt etiaz vt bufones venenati q̄ pati nequeunt odorẽ vi
nee domini florentis· Ipſi vident eſſe ſocij demonũ· ⁊ in lu
cro ⁊ in dampno· Si dyabolus aliquem amittit dolet tan
quam de ꝓprio dampno· Si autez dyabolus lucrat aliquẽ
ſicut cum aliquis vadit ad ꝓſtibulum vel ad tabernaz gau
dent tanꝙ̃ de ꝓprio lucro· Irriſores ſunt adũſarij ſaluato
ris· quia qui ſumme ſaluatori placent ipſi odio habent· ſ
ſal· animarum Greg· Nullum ſacrificium ita placet deo·
ſicut zelus animarum · ergo ſic deo nichil diſplicet ſicut i
pedire ſalutem animarum Beatum petrum vocauit domi
nus ſatham quia ſalutem animarum volebat impedire· vt
dicitur math· xvj· Vade inquit poſt me ſathana. Iudi
tio ergo dei irriſor ſathanas fit quando irriſionibus ſuis i
pedit ſalutem animarum· Maius dampnum videtur face
re irriſor deo quando aufert ei vnam animam quam ſi au-
ferret ei mille corpora cu9 vna aĩa ꝓualeat mille corporibus
hominum· Item cum tota curia celeſtis gaudeat de conuſi
one vnius peccatoris irriſores domino ſuo dyabolo ſe cõfor
mantes de illa triſtantur ipſi vident xp̄iani· ⁊ pocius ſunt
ãnxp̄i· ideſt xp̄o contrarij ⁊ inimici· j· Io· ij· Nunc ãnxp̄i
multi facti ſunt· Et ſubditur· Hic eſt antixp̄us qui ne-
gat patrem ⁊ filium· Irriſores apoſtate ſunt vexillum cri
ſti habentes odio· nunquid apoſtata iudicaret qui nõ ꝑ
mitteret crucem eſſe in templo materiali· quanto maius
apoſtata iudicandus eſt qui nõ permittit crucẽ penitẽtie

eſſe in templo ſpūali· Irriſores facti ſunt ꝓditores eodꝫ
ore xp̄m perſequentes quo ad menſam eius comedūt· Ip
ſi ſunt noctue lucem odientes ⁊ cum claudicēt ⁊ ceci ſint
irrident tamen recte incedentes ⁊ videntes. Sunt etiam
lupi agnos dei ⁊ oues clamoribus exterrentes · Item ip
ſi impij ſunt in deum· in matrem eccleſiam in ꝓximum ⁊ in
ſeipſos · In deum dum filios eius occidunt . In matrem
eccleſiam tam militantem quam triumphantem dum de=
fraudant eam gaudio quod habere debuit de conuerſione
peccatorum· Nonne impius eſſet in matrem ſuam qui po
cius quam peperiſſet filium cum magno cruciatu· quando
deberet conſolari in filio ſuo nato· occideret ei illum· ſic fa
cit irriſor matri eccleſie · Jo ·xvj· Mulier cum parit tri
ſticiam habet quia venit hora eius· cum autem peperit pu
erum iam me· preſſure ꝓpter gaudiuꝫ · quia natus eſt hō
in mundum· Item impij ſunt in deum quia rurſum cruci=
figunt filium dei ⁊ ſuper dolorꝫ eius addunt dum animas
pro quibꝫ mortē ſuſtinuit ei auferūt Impij ſūt in ꝓximū
dum vulnus ſpirituale ipſius iam per penitentiam ſanatuꝫ
iterum concidunt · Job · xvj· concidit me vulnere ſuper
vulnus· deriſores fratres ſuos a dyaboli carcere liberatos
iterum capi faciunt. Non reputaretur criſtianus iſte qui
criſtianos liberatos a carceribus paganorum iterum capi
faceret · Quid ergo dicendum eſt de hijs qui liberatos a
carcere dyaboli iterum capi faciunt· Hij retrogar de dya=
boli videntur eſſe · maiorem compaſſionem haberent de=
riſores de cane vno vel aſino · quam habeant de fratribus
ſuis · Si enim canis portaretur a lupo liberarent eum ſi
poſſent · ⁊ ſi aſinus alicuius cecidiſſet in lutum ipſi iu=
uarent ad leuandum eum · Fratres vero ſuos impediunt
ne a lupis infernalibus liberentur · vel ne a luto peccati
ſubleuēt fratres ſuos a naufragio liberatos iterꝫ ſūmergi
faciunt· Impij etiā ſūt in ſeipſos qꝛ cū in mari huiꝰ mūdi

naufragentur tamen penitentiam q̄ ſcd̄m iero· eſt ſecūda tabula poſt naufragiuꝫ ſine quo euadere nequeūt odio habent· Ex quo aliquis eſt in mortali peccato ſi omnes angeli ⁊ omnes ſancti rogarent ꝓ eo non poſſet ſaluari niſi penitentia ꝓ eo intercedat· Unde mirabiliter eſſet penitētia amanda peccatoribꝫ tanquam ſingulare remedium ipſorum· Irriſores ad paradiſū tranſire volūt · ⁊ tamē pōtez per quem ſolum tranſire poſſūt ſcꝫ penitentiam odiūt Ipſi ꝓpitiatōne indigent cum rei ſint eterne dampnatōnis · tamē ꝓpitiatorium odiūt ſcꝫ penitētiam per quam ſolaꝫ deum poſſunt habere ꝓpicium· De ꝓpitiatorio legitur exo· xxv· vſqꝫ hic·

¶ De ſupbo ornatu lectoꝝ· ¶ Ca· xviij

POſt ſuperbiam ornatus humani dicendum eſt de ſupbo ornatu lectoꝝ· Notādum ergo q̄ tria poſſunt eſſe reꝑhenſibilia in lectis ſcꝫ nimia mollicies· ꝓtōſitas· ⁊ magnitudo· aliquī enim tam magnos lectos faciunt q̄ dyabolus bene poſſet quieſcere ibi cum eis In paruo lecto pauperis non inuenit dyabolus vbi quieſcat· yſa· xxviij· Coangustatū eſt ſtratum ita vt alter decidat ⁊ pallium breue vtrunqꝫ operire non poteſt · ⁊ math xij· Cum immundus ſpūs exibit ab homine ambulat per loca arida querens requieꝫ et non inuenit· Loca arida ſunt pauper lectus ⁊ pauper domus pauperis· vbi nō inuenit requiem dyabolus · Debent autem cohibere homines a lectis ſuperbis· Primo maledictio· que fit eis· Amos· vi· Ve vobis qui dormitis in lectis eburneis ⁊ laſciuitis in ſtratis veſtris· pauper intrans lectum ſuum benedictione premiſſa facit ſignum crucis ſuper lectum ſuum · ſuperbꝫ intrat lectum ſuum ſuperbum· maledictōne dei premiſſa·

¶ Secundo conſideratio lecti dominici crucis· ſcilicet de quo lecto· Auguſtinus· Lectum ſuum dimiſit criſtus diſcipulis ſuis· q̄cūqꝫ vult cū illo q̄eſcere in celo · cum illo in iſto iaceat lecto· moriat̄ in cruce ſi vult crucifixū placatū videre· crucē aūt xp̄i itelligo totā vitā eiꝰ cruciatu plenaꝫ

Superbus miniſter eſt cui non ſufficit lectus domini ſui · bernh · Circuire poſſum celum terram mare ꝛ omnia que in eis ſunt · ꝛ non inuenio te niſi in cruce · o bone ihesu ibi iaces · ibi dormis in meridie · Idem · Omnem reuolue vitã ſaluatoris ab vtero virginis vſqꝫ ad patibulum crucis · n̄ inuenies in eo niſi ſtigmata paupertatis · Tertõ timor lecti infernalis · De quo lecto yſa · xiiij · Detracta eſt ad inferos ſuperbia tua concidet cadauer tuum · Subtˀ te ſternetur tinea · et operimentum tuum erũt vermes · Interli Cui prius pallia auro gemmiſqꝫ diſtincta ſatis moleſte ſuſtinebunt ſuperbi qui nunc nullo modo iacerent in lecto in quo alius iacuiſſet qui nunc pati non poſſunt qꝫ in lecto eorum eſſet pulex quãdo in lectis eorum tinee ſub eis et vermes ſuper eos · ad augmentum vero moleſtie erit qꝫ nunquam conſueti fuerunt talibus · Ad augmentum etiam pene erit qꝫ lecti illi nunquam mutabuntur · Nõ eſt ita pulcher lectus in mundo in quo aliquis non grauaretˀ iacere per octo dies continue · quam graue erit iacere in tã horribili lecto homini delicato pluribus annis quam ſint aque gutte in mari · Quarto amor lecti interioris · amore enim illius lecti deberent negligere lectum exteriorẽ In lecto conſcientie quieſcerent ipſi de nocte ꝛ de die · ꝛ etiã deus cum illis · ſi diligentiam debitam haberent circa illũ Ideo lauandus eſſet per ſingulas noctes exemplo dauid ſicut viri delicati volunt habere candida lintheamina quaſi ſingulis noctibus · De lecto iſto cantˀ · Lectus noſter floridus · econuerſo lectus aliquorum ꝑ negligentiã eorꝫ non floridus eſt ſed ſordidus · ꝛ vbi quieſcere debuerunt cũ deo ibi inquinantˀ ꝛ cruciãtˀ cũ dyabolo. Quinto ↄſidatõ lecti in q̊ corpꝰ ponetˀ in morte · ſ · ↄſidatõ ſepulchri in q̊ a vermibus corrodetur · Eccẽ · x · Cum moritur homo hereditabit ſerpentes peſſimas et vermes · Incongruum eſt cadauer poni i tã ſupbo lcõ · qđ ponẽdũ eſt in tã vili ſepulcro Sexto ↄſidatõ illiꝰ lecti in q̊ nobilior ps hoĩs iacꝫ ſcꝫ eorꝫ

Velit nolit ſuperbus · coꝛ illius iacet ſuper lectum immun
dicia plenum ſcz ſtomachum · ¶ De ſuperbia que ap
paret in equitaturis · ¶ Cap̄ · xix ·

Sequitur de ſuperbia que apparet in equitaturis ·
que quadrupliciter apparet · Primo in multipli=
catõne equoꝝ que ꝓhibita eſt etiam regi · deut ·
xvij · Cum fuerit rex conſtitutus non multiplicabit ſibi
equos nec reducet populum in egiptũ equitatꝰ numero
ſubleuatꝰ Secundo in non neceſſario vſu equoꝝ ſicut ac
cidit illis qui per modicam leucã nolunt ire niſi equitent
qui ꝓ nichilo videntᷣ pedes habere cum non ambulent ex
illis · Pedes habent et non ambulabũt · Impotentiores vi
dentur eſſe paliticis cum ire non poſſunt niſi habeant mul
tos eq̊s · Tertiõ in pulchritudine equoꝝ ſicut accidit illꝪ
qui eq̊s volũt habere impinguatos ad paſcẽdum oculos
hominũ · Quarto in nimia exquiſitõne vel oꝛnatu equoꝛũ ·
ſicut illi qui dimittũt xp̄m nudum in pauperibꝫ ⁊ Fameli=
cum ⁊ eq̊s ſuos argento vel auro falerant · Multa ſunt
que deberent hominem cohibere a ſuperbia iſta · Primum
eſt multiplex comminatõ quã facit ſcriptura talibꝫ zach ·
x · Confundentur aſcenſores equoꝛum · Et zach · xij · Per
cuciam omnem equum in ſtupoꝛe · et aſcenſoꝛem eius in
amentia · In ſtupoꝛe dicit gloſa · ita vt qui viderint per=
cuſſos ſtupeant · et aſcenſoꝛes eoꝛum preſſi magnitudine
periculi vertantur in amentiam · Et yſaie · xxxi · Ve qui
deſcendunt in egiptum in equis ſperantes · Secunduꝫ
eſt exemplum criſti · qui non legitur equitaſſe ſed ſemel
tantum aſinaſſe · et tunc ibat ad moꝛtem ſuam · inſignum
ꝙ multi equitando tendunt ad moꝛtem eternam · Multuꝫ
debet mouere homines exempluꝫ illud · zach · ix · Ecce rex
tuus venit tibi ſedẽs ſup aſinã · ⁊ diſperdã quadrigã ex ef
fraym ⁊ equũ de iheruſalẽ · diſpgere deberet exẽplũ iſtud
de eccłia equũ · Mirũ eſt ꝙ ſeruus non erubeſcit ire eques
ex quo dominꝰ vadit pedes · ber · Magna impudẽtia eſt vt

vbi ſe exinaniuit maieſtas vilis vermiculus intumeſcat·
Terciū eſt exemplū ſanctoꝝ. Indecens enim eſt ex quo
filij dei ſcʒ viri iuſti pedites incedunt· ſeruos dyaboli· eq̄=
tes incedere· Hāc perſitatē dicit ſalomō ſe vidiſſe· eccſ
x· Vidi filios in equis ⁊ pn̄cipes quaſi ſeruos ambulātes
ſuper terram · Quartum eſt hoc ꝙ cum equitature habeā
tur a ſuperbis ad gl'iam tamen diligenti aſpicienti ꝓciꝰ ce
dit ad ignominiā· Vn̄ frat̄ guido Cartuſieñ· Nūo nō glo
riat̄ de fortitudine qui de infirmitate gl'iat̄· Equꝰ qui te
fert infirmitas tua eſt fortitudo eēt ſi eū ferres Quintū
eſt ꝙ ſuperbia hec apoſtaſia eſt in fidelibꝫ· abrenūciauerūt
eīm pompe dyaboli in baptiſmo· Vn̄ pompatice incedere a
poſtaſia eſt eis. Amos· vj· Ve vobis qui opulenti eſtis
in ſyon ⁊ confiditis in mōte ſamarie· optimates capita po
puloꝝ· ingredientes pōpatice domū iſrahel · Sextū eſt ꝙ
ſupbia iſta multū conſtat ⁊ parꝝ vtilis eſt · Quantū ꝯſtat
hec ſupbia multi aperciꝰ legūt in libro expientie quaʒ in li
bris ſcripture· Multi enim de paupertate ſūt hac de cauſa ·
et merito quia care emūt eq̄s ⁊ volūtarie ſuper eos come
dunt equi· hic eſt enī vnus de velotoribꝫ modis depaupe
randi aliquē· qn̄ equi comedunt ſup eum nec ſolum ſupbo
rum comedūt ſup eos . ymmo etiā comedūt eos qn̄ illi eq̄
paſcūt̄ de rapina · Qui enī comedūt ſup aīas raptoꝝ eſt
eo mō loquēdi q̄ aliq̄s dr̄ comedere palliū ſuū qn̄ comedit
illud p q̄ impignoratuʒ eſt palliū poſſumꝰ dicere ꝙ eq̄ ſu
pboꝝ raptoꝝ comedūt eos· nō ſūt etiā ſupbo vtiles hmōi
equi cum faciliꝰ ſine equo pueniret ad celeſtē patriā quā
in equo faciliꝰ etiā effugit aliq̄s manꝰ hoſtiū infernaliū ſi
ne equo quam cum equo · yſaye· xxx. Dicunt mali ſuper
equos aſcendemus · Et ſubditur · Ideo velotōres erunt
equi qui perſequuntur vos · Nec ſolum parum vtiles
ſunt equi ſuperbis · ymmo etiam valde nociui ſunt eis ·
Cuʒ eīm alligati ſint illis· vinculo naui amoris ipſi trahūt
eos ad patibulum infernale· Merito in inferno punietur

qui ꝓprijs expenſis equos paſcit a quibus illuc trahitur
Septimum eſt amor pauperū timendum eſt ne deus offē
datur multū quando ſubtrahit ori ſuo in pauperib⁹ vnde
equi impinguantur.

De ſuperbia que apparet in familia.
Cap. xx.

Sequitur de ſuperbia que in familia apparet. ⁊ ſūt
tria reprehenſibilia in familia alicuius potentis.
Primū eſt mltitudo eccſ v. vbi mlte ſūt opes mul
ti ſunt qui comedūt eas. ⁊ quid ꝓdeſt poſſeſſori niſi qd
cernit diuicias oculis ſuis. Secundū eſt vita inhoneſta
bern̄. Ne dixeris ſanum dolentem latera. hoc eſt vete dixe
ris bonum mal' innitentem. Nō eſt tuta bonitas tua obſeſ
ſa malis. non magis quam ſanitas vicina ſerpenti. ps. Nō
habitabit in medio domus mee qui facit ſuperbiā ⁊c. Ter
cium eſt inutilitas. fatuum eſt enim habere familiam inu
tilem ſibi ꝓu. xiiij. Iracundiam regis miniſter inutilis ſu
ſtinebit. Et Math. xxv. ſeruū inutilem ꝓicite in tenebras
exteriores. Et ſicut dixim⁹ ꝑus qui pompatici ſūt quātū
ad multitudinē equoꝝ. apoſtatas eē ⁊ trāſgreſſores bap
tiſmatis quo ꝓmiſerūt renūciare pompis dyaboli. ſic poſ
ſum⁹ dicere de illis qui pōpatici ſūt. quātū ad magnā fa
miliā ꝗ gaudēt de mltitudie familie ſequētes eos. Sunt
eī ſic fatui ꝗ deferrēt mel ⁊ gauderēt. eo ꝙ multe muſce
irent poſt eos. Senē Mlti aliqͣ omittāt. mel muſce ſecū
tur. lupi cadauera frumēta formice. ꝑda ſequit' iſta turba
non hoiē. quoꝗ familia ꝙ credit ſupbo eſſe ſuā poci⁹ fami
lia dyaboli eſt. cuſtodiēs eā dyabolo. Vēdit etiā eam dya
bolo dū ꝓcurat ꝙ ipa corrūpat' in iudicio vel alio mō. Nū
qͣ etiā viuū ſepelit eū. dū ei adulat'. gg. loquēs d' illo vbo
Math. viij. ſinite mortuos ſepelire mortuos. ſ. Hic mor
tuus mortuum ſepelit. cum peccator peccatorem aggere
adulatōnis ꝑmit. familia etiam ſuperbi ei comedit dū tē
poralia q̄ ei vnica ſunt ꝑ amorem conſumit. Aug⁹. Nimij
amatores temporaliū fecerūt mēbra ſua. vñ ſolēt dicere

auari · cum bona eorum comedūtur ſe comedi

¶ De ſuperbia conuiuiorum · ¶ Cap · xxi ·

SVperbia conuiuiorum apparet · Primo in hoc ꝙ magni ⁊ diuites inuitant qui non indigent ⁊ pauperes relinquuntur · contra illud luc · xiiij · Cuz facis conuiuiū voca paupes · debiles · claudos · cecos · ⁊ beatus eris quia non habent vñ retribuere tibi · retribuetur eñi tibi in retributōne iuſtoꝝ · ¶ Secundo in hoc ꝙ multi ſunt miniſtri in ſupbo apparatu Qui autē gaudet de multitudine ſuperboꝝ miniſtrorum veniet hora cum vellēt habere vnum leproſū miſtrum nec hr̄e poterūt · ſicut patet in diuitis epulatōne · Luc · xvj · Lazarꝰ erat vlceribꝫ plenus et diues eius miniſterium deſiderabat ꝑ ſuperbis miſtris quos hic habuerat · non gaudebat dñs de talibꝫ miniſtris · cum diceret · Non habitabit in medio domus mee qui facit ſuperbiam · Tertō in varietate ferculoꝝ ⁊ de auratōne et ſplendore eoꝝ ad vanam gl̄iam · Señ · Non magna nobis conſtat fames · ſed ambitō · Idem iaz non ſūt hoīes dentibꝫ ore ⁊ ventre ad pompaz contenti oculis q̄ꝫ guloſi ſunt · Quarto in vaſis aureis ⁊ argenteis · magna ſtulticia eſt acquirere vaſa aurea ⁊ argentea · ad replendū ventrē ꝙ eſt vas immundicie · tamen ad replendum vaſa vinaria que munda ſunt mediocria ſufficiant vaſa vel lignea ·

¶ Quinto in multitudine muſicorum inſtrumentorum · Job · xxj · Tenent tympanum ⁊ cytharam · ⁊ gaudent ad ſonitū organi · ducunt in bonis dies ſuos · ⁊ in puncto ad inferna deſcendunt · yſaye quinto · Et lyra ⁊ tympanum et tybia ⁊ vinum in conuiuijs veſtris ⁊ opus domini non reſpicitis ſeꝫ iuſticiam quam faciet in die iudicij ·

¶ De ſuperbia edifitōrum · ¶ Cap · xxij ·

SEquitur de ſuperbia edifitōruz · Notandum ergo ꝙ circa edificia ꝑmo eſt rephēſibile multitudo domorum · yſaye quinto · Ve qui coniungitis domum ad domū · Item magnitudo · ſumptuoſitas ·

460

delectabilitas Delectabilitas vero attenditur circa colores picturarum · ꝛ quantum ad caliditatem in hyeme et frigiditatem in estate · Jere · xxij · Ve qui dicit · Edificabo michi domū latam ꝛ cenacula ſpetōſa · ecce magnitudo qui aꝑit ſibi feneſtras · ecce delectabilitas · ꝛ facit laquearia cedrina · ecce ſūptuoſitas · pungitq; ſynopide · interl · i · xp̄i ſanguine · Secundo quādo de reb9 iniuſte acquiſitis fiunt · Jere · xxij · Ve qui edificat domū ſuam in iniuſticia Tertō intentō malā ſcʒ quādo fiunt ad vanitatem non ad neceſſitatē Sen̄ · Dom9 monimentū fit aduerſus infeſta corpori · hanc vtrū ſepes erexerit an varius lapis gentis aliene nichil intereſt ſcito te homines tam bene culmo quaʒ auro tegi · Contempnite cetera q̄ ſuꝑuacuus labor velud ornamentū ꝛ decus ponit · Memētote nichil p̄ter animuʒ eſſe mirabile · cui magno nichil eſt magnū Deberet aūt cohibere homines a ſupbia edifitōꝝ Primo maledictō que fit eis · yſa · v · Ve qui cōiungitis domū ad domum ꝛc̄ · et ex illo · Jere · xxij · Ve qui dicit edificabo michi domū latā multum timenda eſt maledictō dei · cum tantum timeatur maledictō vnius ſancti · cum domin9 dicturus ſit maledictis · Jte in ignem eternū · Math · xxv · Secundo hoc q2 ſuperba edificia exoſa ſunt deo · Amos · vj · deteſtor ego ſuperbiam iacob · ꝛ dom9 eius odi · Magna peruſitas eſt q2 homo amat q2 deus odit · Tertō exempla ꝛ p̄cipue xp̄i q̄ in natiuitate ſua ꝑ domo habuit diuerſorium · in morte ſepulchrū in vita ſua nō habuit vbi caput reclinaret Mat · viij · Vulpes foueas habent ꝛ volu · ce · ni · fi · aut ho · non hab · vbi cap̄ ſu · reclinar · bern̄ · Intolerabilis impudentie eſt vt vbi exinaniuit ſe maieſtas ibi vermis intumeſcat · Ad idem valent exempla ſanctorum qui in caſulis habitauerunt Ad hebre · xj · Fide abraham demoratus eſt abrahā in t̄ra repromiſſiōis tāq̄ in aliēa in caſul' hītādo cū yſaac ꝛ iacob ꝛ coheredib9 ſuis repromiſſionis eiuſdē · expectabat em̄ fūdamēta hn̄tē ciuitatē c9 artifex ꝛ conditor eſt de9

Item paulus heremita viſitat⁹ a beato anthonio queſiuit an adhuc xp̄iana religio ritus gētium in edificijs ſump=tuoſis imitaret̄ · ⁊ audito q̄ ſic flens deplāxit hanc ſup=fluitatem conqueſt⁹ homines tante vanitati deditos cum xp̄ianoꝝ deberet eſſe coartatō dicenciū non habemus hic manētem ciuitatem ſed fu·inquirim⁹· Quidam etiā antiq̄rum habitabant in cauernis petraruz alij in concauitatibꝰ arboꝝ· Legit̄ etiam de quodā heremita qui habebat hoſpi cium ad modū ſui ſepulchri ·cum imꝑatoꝛ eū interrogaſſꝫ cur hoſpiciū ſuum cōmenſuraſſet corꝑi ſuo· Reſpondit · Sufficit hoc homini morituro ſic p̄uem ſepulchꝝ· ⁊ addi dit· idest melius ꝓſilit̄ de tugurio in celum quā de pallatō Qr̄to qꝛ ſupbia edificia ſepe fiūt de iniurijs pauꝑꝝ Ibi eīn ponunt̄ q̄ deberēt dari pauꝑibꝰ Iero· loquēs de pau lo· Nolebat inquit in hijs lapidibꝰ pecuniā effūdere ·qui cum terra ⁊ ſeculo tranſituri ſunt·ſed in viuis lapidibus qui voluunt̄ ſup terram ex quibꝰ magni regis ciuitas ex truit̄ · Quinto quia ſepe ex rapinis ⁊ alijs iniuſte acquiſi tis fiunt · Vnde lapides ⁊ huiuſmodi que in edificijs ſūt accuſabūt dominū domus apud deū · Abacuc ij· Lapis de pariete clamabit·lapis qui inter iuncturas edifitōꝝ eſt reſpondebit· Sexto fatuitas que eſt in extruendis hmōi edificijs·q̄ patet p̄mo q̄ cum vita homīs breuioꝛ nūc ſit quam antiquoꝝ·ipſi tamē magis ſumptuoſas domos vo=lunt hr̄e quam antiqui habuerint· Ipſi ſcd̄ʒ Iero·ſic edi ficant quaſi ſemper victuri ſint·ſic autem comedunt ⁊ bi bunt quaſi cras morituri dicentes ·comedamus ⁊ bibam⁹ cras enim moriemur · ¶ Secundo q̄ pulchrum ſtabulum ſcʒ habitaculū corporis volunt habere de domo vero conſci entie in q̄ de⁹ debꝫ habitare non curant · Ipſi pulchras domos edificant in via · cum pocius deberent edificare in patria · Ipſi domos edificant quas ſciunt ex neceſſita=te ruinas · Mathei · viceſimoquarto · Amen dico vobis · Non relinquetur lapis ſup lapidem · qui non deſtruetur·

et ſigna ·xv· dierum que p̄cedent inter diem iudicij enu
merat Jero· iſtud quod omnia edificia ruent· Amos·iij·
percuciam domum hiemaleꝫ· cum domo eſtiua· ⁊ peribunt
eburnee domus ⁊ diſſipabunt᷑ edes multe· Spāliter autē
deberent cohibere clauſtrales a ſuperbis edificijs iſta que
ſequūt᷑· Primo hoc ꝙ ipſi cū ſint iam mortui mūdo neceſ
ſaria ſunt eis ſepulchra pocius quam palacia Secūdo hoc
ꝙ ſollicitudinem circa huiuſmodi ſolet ſequi morum ne=
gligentia· Berñ· Video quod non ſine magno dolore vi=
deri debet quoſdam poſt aggreſſam xp̄i miliciam ·rurſum
ſecularibus implicari negocijs· rurſum terrenis cupidita
tibus immergi· cum magna cura erigere muros negligere
mores· Preterea negligentia exterioꝝ edifitōꝝ ſignum
eſt ꝙ clauſtralis diligentiam habeat circa interiora ·bernħ
Animum intentum interioribꝫ· magis deceret inculta ⁊ ne
glecta exteriora quibꝫ incola domus ſepius alibi conuer=
ſari dinoſcit᷑· qui circa exteriora vilius ſe denunciat· Iteꝫ
conuerſatō clauſtralium in celis debet eſſe· idō non ita ſol
licite debent edificare in terra ſicut illi quoꝝ conuerſatō
eſt in terra· Pꝰ· ſuperbia edifitōrum eſt quedam imitatō
ſuperboꝝ hoſpitum a quibus clauſtrales ſuperbiam addi
ſcunt· Ecc̄· xiij· Qui cōmunicauerit ſuperbo induet ſupbi
am· Veriſimile eſt ꝙ ſic oporteꝫ clauſtrales habere domos
humiliores alijs· ſicut ⁊ humiliores veſtes alijs· Et ſicut
color viridis ⁊ rubeus ⁊ varius intollerabiles ſunt in veſti
bus clauſtralium· Sic huiuſmodi colores intollerabiles
videntur eſſe in domibus eoꝝ· ꝙ ſi aliquis dicat ꝙ in hu=
iuſmodi condeſcendit᷑ infirmitatibꝫ hominū· Rꝰ· ꝙ tantū
condeſcenſuꝫ eſt in aliquibꝫ clauſtris carnalibꝫ hominibus
et infirmis vt pene omnes carnales facti ſint· Vñ· berñ·
Abiecta ſancta ſimplicitate quaſi religioſas nobis quaſ
dam curamus habitatōnum honeſtates· in quibus tantū
eſt compaſſum animabus· vt pene in hoc omnes effecti ſi
mus animales· Idem· Admittant᷑ animales ſuſcipiantur

in omni beniuolentia caritatis · portent̄ in omni paciencia
benignitatis · ſed qui eis compaciunt̄ · non eis conformen
tur · nec ſic querant eorum ꝑfectum · vt ꝓpter eos cogan
tur incurrere ꝓpoſiti rigoris in religione defectum · Itez
clauſtrales vt veri iſrahelite vel veri hebrei debent eſſe ⁊ re=
putare ſe peregrinos ſuper terram · Vnde edificare debēt
non domos ad habitandu ſed tabernacula ad deferendū
Vnde bern̄h · Obſecro in peregrinatōne huiꝰ ſeculi in mili
cia ſuper terraꝫ · non edificemꝰ nobis domos ad inhabitā
dum · ſed tabernacula ad deferenduꝫ · vtpote cito euocādi
et migraturi in patriam ⁊ ciuitatem · In caſtris quippe ſu
mus · in alieno militamꝰ · in alieno laborat̄ · facile eſt quic
q̄uid naturale eſt · Nunquid non facile eſt ſolitario ⁊ ſuf
ficiens nature ⁊ congruum conſcientie ipm̄ ſibi cellam de
v̄gis contexere · de luto plaſmare Vnde oportet operire ⁊
decentiſſime inhabitare · Quid amplius querenduꝫ · Etſi
vſu ſapiant huius delectatōes · etiam ſint qui vtant̄ tan
quam non vtentes · tamen contemptu melius quā vſu vin
cunt̄ huiuſmodi affectōnes · Idem ipſi de quibꝫ ſollicitu
do ſuorum vitōrum inducit contemptum · ⁊ negligentiam
omniū exterioꝝ ipſi ſibi edificent formam paupertatis et
ſancte ſimplicitatis ſpecieꝫ · nulla ſic artabit artificiū indu
ſtria ſicut eorum negligentia · debent etiam clauſtrales ab
huiuſmodi cauere ꝓpter bonum exemplum · humiles em̄
domus eorum ⁊ pauperes · in alijs frenant concupiſcentiā
in alijs vero circa amorem paupertatis afficiunt conſcienti
am · P̄s · quando clauſtrales conſtruunt ſuperba edificia ac
cidit frequenter q̄ conſtruunt ea de mendacijs. mittūt em̄
queſtuarios p̄dicatores Conſtruunt etiam ea de bonis ma
le acceptis ab vſurarijs ⁊ raptoribꝫ · a quo periculo liberi
ſunt · quando domos humiles conſtruere volunt · Si vero
aliquis dicat pulchritudies domorū eſſe neceſſarias clau
ſtralibus ad recreatōnem. R̄o · q̄ viri ſp̄uales pociꝰ debēt
delectari in aſpectu celi quam in aſpectu tecti · ⁊ pocius

deberent ãmirari opera dei quam opera hominum · Legit᷑ de
beato bern̄ · q̄ ipse fleuerit cum videret tuguria pastorum
tecta culmo ſilia caſulis p̄ſtinis cistercien̄ · qui tūc incipie
bant habitare in magnis edificijs · pulchritudies iste fo
renses sunt honestates ſicut dicit bern̄ · ꝯpoſitum eneruāt
et maſculinum animum effeminãt ·

Ꞇ De ſuperbia librorꝫ · Ꞇ Cap̄ · xxiij ·

Sequit᷑ de ſuperbia librorꝫ que eſt de aurato libro
rum · Primo valēt contra hec exempla · ꝛ p̄cipue
exemplum filij dei qui liber vite eſt qui humiliari
voluīt vſqꝫ ad hoc q̄ nouiſſimus eſſet · Intollerabilis eſt
ſuperbia in alijs libris · exquo liber vite tantum humiliat⁹
eſt · Et Jero · in ꝓlogo ſuper iob · habeant qui volunt vete
res libros vel in mēbranis purpureis auro argentoqꝫ de
ſcriptos vel inicialibus vt vulgo aiunt litteris onera mag̃
exarata quam codices dummodo michi meis permittant
pauperes habere cedulas · ꝛ non tam pulchros codices
quam emendatos · apoſtolus · ij · thy · iiij · Affer autem te
cum libros maxime membranas Secūdo hoc q̄ ſapientia
dei amat corda humilia · Vnde math. xj · Abſcondiſti hoc
a ſapi · ꝛ pru · ꝛc̄ · Amat enim corpa humilia · Vnde ſapi
entes hoīes ſepe parui ſunt · Vnde ſapi · Se pe ē ſub palli
olo ſordido ſapiētia · ꝓũ · xj · Vbi humilitas ibi ſapientia
Eodem modo ſapientia amat humilem ſcripturam · Tertō
quia ſcriptura humilitatem docet · vnde humilitatem dēt
habere · Patere legem ait ſapiens quam ip̄e tuleris · Legē
humilitatis p̄cipit ſacra ſcriptura · vnde debet eaꝫ ſeruare
Quarto hoc q̄ puerilitas eſt litteras aureas ꝛ argenteas
amare ꝛ in hijs delectari · Sene · Pluriumqꝫ eſt q̄ non pu
ericia ſed quod grauius eſt puerilitas remanet · Quinto
quia hoc quaſi quoddam adulterium ſpirituale eſt · ama=
re pulchritudinem ſcripture · cum amare deberent ipſam
ſapientiam · vnde de illis poteſt exponi illud · ij · pe · ij · habē
tes oculos plenos adulterij ꝛ inceſſabilis delicti · Sponſa

em̄ eſt ſapia noſtri intellect⁹· Cap̄· viij Queſiui eam ſpō
ſam aſſumere michi ⁊c̄· Scriptura autem quaſi ancilla eſt
ipſius ſapiētie· Vnde plus debet amari ſponſa quam ancil
la idest ſapientia quam pulchritudo ſcripture· Vnde cauē
dum eſt ne ancilla tante pulchritudinis ſit· ꝙ relicta pul
chritudine ſapientie anim⁹ cum ſcripture pulchritudine
fornicetur· Sexto ꝙ valde impium eſt oculos paſcere au
ro ⁊ argento quando homo videt tot filios dei famelicos
viſus plura habet vnde paſci poteſt quam guſtus· Habet
enim ſolem ⁊ lunam ⁊ ſtellas ⁊ flores innumeros ⁊ mlta
alia vnde paſci poteſt· vnde valde impium videt̃ eſſe xp̄ia=
no ori dei ſubtrahere in pauperib⁹· vnde oculi eius delectē
tur· ad quid depingit aliquis vel flores in libro ſuo· Non
ne ſufficiunt ei homines ⁊ flores quos deus creauit· Sep
timo quia tales contumeliam inferunt ſapientie cum non
reputant dulcedinem eius ſufficientem ad conſolatōnem
ſtudentium· cum ſcriptum ſit· ecc̄· xxiij· nichil dulcius ꝙ̄
inſpicere in mandatis domini· Et· ſapiē· viij· Intrans in
domum meam conquieſcam cum illa· ſcʒ ſapia· non habet
amaritudinē conuerſatō illius· nec tedium conuictus illi
us ſed leticiam ⁊ gaudium· Octauo quia parum valet
ipſa pulchritudo ſcripture· non enim hominem ſaciat ecc̄
j· non ſaciat̃ oculus viſu· nec auris auditu ⁊c̄·

De ſuperbia cantus· Cap̄· xxiiij·

Sequitur de ſuperbia cantus· Primo reprehenſi=
bile in cantu eſt· cum quis nimis blandam voceʒ
querit· vel ad gloriandum vel ad delectandum·
Vnde grego· Cum blanda vox queritur· ſobria vita deſeri
tur Aug⁹· Quociens me plus delectat cantus quaʒ res
que cantat̃ tociens me grauiter peccaſſe confiteor· Secū
do vocis fractō· Vnde in legendā ſancti ſebaſtiani putas
ne illum inter xp̄icolas numerandū· qui tonſuram diligit
comam comit· ſapores querit ⁊ vocem frangit· Fractō vo
cis ſignū eſt fractō animi ſicut criſpatō criniuʒ in homib⁹

corrugatō veſtium in mulieribꝰ· ſic repꝛehenſibilis eſt fra
ctio vocis in cantoribus ⁊ ſicut ventꝰ facit in aqua criſpa
tōnem· ſic ventus vanitatis hanc criſpatōnem vel fractio
nem vocis vt frequenter facit· Cantus talium ob laſciuiā
factus· ſilis eſt cantui· de quo legitʳ exo· xxxij· Vocez ca
nenciuz ego audio ait moyſes· Cumqȝ appropinquaſſet ad
caſtra vidit vitulum ⁊ thoros· In vitulo qui eſt animal
laſciuum· laſciuia intelligitur· Vnde cantus adorantium vi
tulum eſt cantus eorum qui vocem frangunt ob laſciuiam
Tertō nimia exaltatō vocis ſicut faciunt qui pocius vo
lunt cantare alte quam apte qui tantū volunt aſcendere cā
tando ꝙ quandoqȝ frangūt ſibi colluz ſpūalr· vel quandoqȝ
ad litteram rumpunt ſe ꝙ ex ſuperbia ꝓuenit· Superbia
enim plus audet ꝙ̄ poſſit· Repꝛhenſibilis eſt etiā in cantu
additō punctorum vel ſubtractō· quaſi eniz quedam ſpeci
es barbariſmi videtʳ hec eſſe in cantu ſicut in ditōne bar=
bariſmus fit ex additōne vel ſubtractōne littere vel ſillabe
In cantu etiaz non videtʳ approbanda vox falſa p̄cipue in
cantu clauſtralium ⁊ mirum eſt quomodo talis vox qui=
buſdam tantum placet cum ip̄a adeo deformis videatʳ eſſe
ꝙ eam oportet abſcondi inter alias voces alioquin non eſ
ſet decens vel decora·

Ex quibus bonis naſcatur ſuperbia. Cap̄· xxv·

Superbia quandoqȝ oritʳ ex bonis nature· quādoqȝ
ex bonis fortune· quandoqȝ ex bonis gratie· bona
nature quedam ſunt corporis vt ſanitas· fortitu
do· agilitas· pulchritudo· nobilitas· libertas· Quedam ve
ro anime vt rectitudo ingenij· velocitas bonitas memoria
poteſtas· tollerandi exercicium ſpūale· naturalis diſpoſi
tio ad v̉tutes ſeu v̉tus naturalis· Bona fortune ſunt bona
exteriora que ſunt in poteſtate hominū que ab hominibus
poſſunt auferri· vt ſūt diuicie delicie· ⁊ dignitates· laus
ſeu gloria ⁊ gratia humana· Bona gratie ſunt ſcientia ⁊ vir
tutes· ex iſtis bonis naſcitur ſuperbia· naſcitur enim ex

pulchritudine. Poeta. Faſtus ineſt pulchris. ſequit̃ ſup
bia formam ex nobilitate. Saluſtius. Omne malum nobi
litatis eſt ſuperbia. ſimiliter naſcit̃ ex alijs bonis nature.
Item naſcit̃ ex bonis fortune ſicut ex diuicijs. Aug. ver
mis diuitum eſt ſuperbia. Ecc. xl. Facultas ꝛ v̓tutes exal
tant cor. Item ex bonis gratie vt ex ſciẽtia. ſcientia enim
inflat ſcd̓um apoſtolum.

## Quod fatuus ſit qui de bonis ſuis ſuperbit. Cap̄. xxvj.

Poſſunt autem quinq; ratõnes aſſignari quare fa
tuus ſit ꝛ impius qui de bonis ſuis ſuperbit. Pri
ma quia ip̄e quodãmodo inferior eſt etiã irratõna
bilibus creaturis quia ille tantum ſit in miſeria pene. hõ
vero in miſeria culpe ꝛ pene. Ps. creature irratõnales vni
cam debent mortem poſtquam nichil mali omnino ſencient.
homo vero impius debitor eſt duplicis mortis. quia poſt
tranſitoriam habebit eternam. vnde non parum fatuus eſt
peccator qui ſuperbit ſe alijs ſuperiorem reputando cum
brutis ſit inferior. Secunda quia de quibus bonis ſuper
bit. ipſa bruta eum excedunt. ſicut fortitudo corporis ꝛ
agilitas. Ipſi etiã iudei ꝛ ſarraceni ꝛ alij peſſimi homines
plus habent de illis bonis quam ip̄e habeat. ip̄i etiam demo
nes plus habent d̓ ſcientia quam ip̄e. quod videt̃ eſſe vnũ
de maximis bonis que habent impij. Vnde valde fatuꝰ eſt
qui de bonis illis ſuperabit in quibus a demonibꝰ ſuperat̃.
Tercia quia bona ſunt illis ad verecundiam veriꝰ quã ad
gl'iam Augꝰ. ad impium inquit. Nonne vides te debere
erubeſcere de bonis tuis. ſi domus tua plena eſt bonis ꝛ te
habet malum. Quarta quia ipſius ei bona non ſunt. Sen̄
Nichil eſt homini bonum ſine ſe bono. Eſt em̃ bonum homi
ni qꝫ eſt ei materia infirmitatis ꝛ impedimentum ſalutis.
Sap̄. Omnia que extra nos ſunt bona quecunq; homibꝰ
forte contingunt non ideo laudant̃ qꝛ habuit quis ea. ſ;
qꝛ hijs honeſte ſit vſus. Ideo dicit Sen̄. qꝛ ſtulto nulla res
eſt opus. Nulla enim re ſcit vti. Quinta quia de quibus

ſuperbit habet tantum diſpenſatõnez in eis ⁊ periculũ im
minet ei duplex · ꝑriculum enim eſt ei ſi ſortem amiſerit · ⁊
eius ita vt ſerenos ⁊ graues animos in leuitatem cõcitet
et riſum· Quintꝰ gradus eſt ſingularitas que a p̄cedenti
gradu ſic orit' ſcdꝫ bern̄. Turpe eſt ei qui ſe ſupra ceteros
iactitat ſed nõ plus ceteris agat aliud vt vltra ceťos ap
pareat perpendit' autem gradus iſte hijs indicijs Qui in
hoc gradu eſt ſibi plus blandit' de vno ieiunio quaꝫ ceťis
prandentibus facit quam ſi ceteris vij· dies ieiunauerit ꝯ
modioꝛ ſibi videtur vna oraciuncula peculiaris ·quã tota
pſalmodia vnius noctis· Dolet aliquem ſe pallidioꝛem ⁊
minꝰ cõmedentem palloꝛem ſuum ⁊ maciem in manibus ⁊
cetera que poteſt videri ſpeculatur· ad omnia ſua ſtrenuꝰ
et ad communia piger· Vigilat in lecto doꝛmit in choꝛo·
Sextus gradus eſt arrogantia que ſcdm bern· ſic orit' ex
p̄cedenti cum ex hijs talis que ſinglariter agit apud ſim
plitõꝛes eius opinio excreuerit qui opera que cernũt ſed
vnde ꝓdeant non diſcernũt dum miſerum beatificant in er
roꝛem mouent credit q̄ audit· quid intendat non attẽdit
obliuiſcit' intentõnem quicquid de omni alia re plus ſibi
quam alij credit vt non ſolum verbo aut operum ꝯteſtatõ
ne ſuã p̄ferat religioneꝫ ſed intimo coꝛdis affectu credat
ſe omnibꝫ ſuperioꝛem · ⁊ quicquid de ſe laudatuꝫ agnoue
rit non ignorantie aut beniuolentie laudatoris ſed ſuis me
ritis aſcribat· Septimus gradus eſt p̄ſumptõ que ex p̄=
cedenti orit' ſcdum bern̄· qui alios p̄cellere putat quomõ
plus de ſe quam de alijs non p̄ſumat· pͥmus in conuentibꝫ
reſidet in conſilijs · Primus reſpondet non vocatus ac=
cedit non iuſſus ſe intromittit deoꝛdinat oꝛdinata reficit
refecta quicquid ipſe non fecit aut oꝛdinauerit non rec
te factum vl' pulchre oꝛdinatum eſtimat· iudicat iudi=
cantes preiudicat iudicaturis· Si cum tempus aduenit

E

non promoueatur ad prioratum / ſuum abbatem aut inui
dum iudicat aut deceptum · Quod ſi mediocris aliqua
obedientia eis iniuncta fuerit indignatur arbitrans non
minoribus ſe eſſe occupandum qui ad maiora ſe ſentit
ydoneum · ¶ Octauus gradus eſt defenſio peccati qui ſe
cundum bernhardum ſic oritur ex precedenti · Qui ꝓmp
tus ad omnia ſe conſueuit ingerere · impoſſibile eſt ali=
quando non errare · ¶ Ad prelatum autem pertinet er
rantem arguere · Sed quomodo culpam ſuam confitebi=
tur qui nec eſſe putat · Preterea · Cum culpa imputat̃
creſcit non amputatur · Multis enim modis fiunt excuſa
tões in peccatis · aut feci quidem et bene feci · Aut ſi ma
le non multum male · Aut ſi multum male · non mala in=
tentione · Si autem de illa conuincitur aliena ſe nititur
excuſare ſuaſione · Sed qui aperte defendit quando oc=
cultas et malas cogitatões cordi ſuo aduenientes humi
liter reuelet abbati · ¶ Nonus gradus eſt ſimulata con
feſſio qui gradus quomodo ex precedenti oriatur · Bern
hardus oſtendit dicens · Nonnulli cum de apertionib9
arguuntur ſcientes quod ſi ſe defenderent non crederet̃
ſubtilius inueniunt argumentum defenſionis verba re=
ſpondentes doloſe confeſſionis vultus demittitur proſter
nit̃ corpus aliquas lacrimulas ſi poſſũt ſibi extorquẽt ·
vocem ſuſpirijs · verba gemitibus interrumpunt · nec ſo
lum talis obiecta non excuſat · ſed ipſam quoqꝫ culpam
exaggerat vt dum impoſſibile aliquid aut incredibile cul
pe ſue ore ſuo additum audis etiam illud quod ratuꝫ pu
tabas · vix credere poſſis · Quomodo autem hec ſimulatio
perpendatur · Bernhardus · oſtendit dicens · Vaſa figuli
probat fornax et tribulatio vere penitens diſcernit · Qui
veraciter penitet labores penitentie non abhorret · Cuius
ſimulata confeſſio eſt vna vel leui contumelia aut exigua
pena interrogatus iam humilitatem ſimulare iam ſimula=
tionem diſſimulare non poteſt murmurat frendet iraſcitur

quanta putas tunc fit confuſio in corde ſuperbi cuȝ fraus
decipitur pax amittitur. Laus minuitur nec culpa dilu
tur ⁊ tandem notatur ab hominibus iudicatur ab omni-
bus eo ꝙ vehemencius omnes indignantur quo falſum cō
ſpiciunt quicquid de eo prius opinabātur tunc opus eſt
prelato vt eo minus illi parcēdum putent quo magis of
fendit ſi illi parcit ¶ Decimus gradus eſt rebellio qui
quomodo oritur ex precedenti. bern̄. oſtendit dicens de il
lo qui eſt in nono gradu niſi miſeratō diuina cum reſpici
at vt ꝙ valde difficile eſt talibus vniuerſorum iudicijs ta
citus acquieſcat frontoſus mons ⁊ impudens factus tan
to deterius quanto deſperacius in decimum graduȝ per re
bellionem corruit quem prius arrogans factus contemp
ſerat iam patē̄ inobediens etiam magiſtrum contempnit
Sciendum nanqȝ ꝙ gradus. xij. in tres tantuȝ colligi poſ
ſunt vt in ſex ſuperioribus. In quatuor ſequentibus ſit
contemptus magiſtri ⁊ in duobus que reſtāt contemptꝰ
dei. Item notandum ꝙ duo vltimi caſus in congregatōe
defendi non poſſunt idemqȝ vbi frm̄ concordiam aut magi
ſtri ſententiam monachus ſpernit quid vltra in monaſte-
rio niſi ſcandalum facit. ¶ Vndecimus gradus eſt liber-
tas peccandi per quam monachus cum iam nec magiſtrū
videt quem timeat nec fratres quos vereatur quanto ſe
curius tanto liberius ſua deſideria implere delectatur a
quibus in monaſterio tam pudore quam timore ꝓhibeat᷑.
ſed ⁊ſi iam fratres ⁊ abbatem non timet nondum tamen
penitus dei formidine caret. haut ratō tenuit ſubmurmu
rans adhuc voluntati preponit non ſine aliqua dubitatio
ne. Primū allicita perficit. ſed ſicut illi q̂ vaduȝ temptat
pedetentim non curſim vitōrum gurgitem intrat ¶ Duo
decimus gradus eſt conſuetudo peccandi qui ſic oritur ex
precedenti ſcd̄m bernhardum. poſtquam terribili dei iudi
tio ꝑma flagicia impunitas ſequitur expta voluntas libē
ter expetitur repetita blandit᷑ concupiſcētia reminiſcente

ſepitur ratō ligat conſuetudo trahitur miſer in profūduz
malorum trahitur captiuꝰ tyrannidi vitiorum ita vt car=
nalium voragine deſideriorū abſortis ſue ratōnis diuiniqꝫ
timoris oblitus quaſi dicat inſipiens in corde ſuo non eſt
deus iam indifferenter libitis ꝓ licitis vtitur iam ab illici
tis cogitandis patrandis inueſtigandis animus manꝰ vel
pedes non ꝓhibentur Sed quicquid in cor imbutum ad
malum venerit machinat garrit ⁊ operatur magniloquus
maliuolus facinoroſus· ¶ De quinqꝫ erroribꝫ qui ſa
ne fidei aduerſari videntur· ¶ Cap̄·xxxvi·

Dicto de·xij·gradibus ſuperbie conſequēter dicē
dum eſt de quibuſdam vicijs que ꝓcedunt ex ſu
perbia·dicemꝰ autem de illorum quinqꝫ tantū li
cet ſint multo plura· Primo dicemꝰ d quibuſdā erroribꝫ
qui ſane fidei aduerſant·errores enim ex ſuperbia ꝓcede
re ſolent·quia dicit augꝰ·ſuperbia meretur illudi·et ſu
per illud Iere·Arrogantia tua ⁊ ſuperbia cordis tui de
cepit te·dicit glo·omnis hereticus arrogans·ſuperbia fa
cit hereticum non arrogantia· Secundo dicemus de pec=
cato irreuerentie· Tertiō de peccato inobedientie· Quar
to de peccato vane glorie· Quinto de peccato ypocriſis·
In p̄mo capitulo non preponimus dicere de omnibꝫ er=
roribus qui contrarij ſunt ſane fidei quia hoc nimis longū
eſſet ſed ſolum de quibuſdam qui inueniunt etiam in eis
qui fideles eſſe vident· ¶ Quare dyabolus multū
conatur ſeminare errores in ecclia dei·

In p̄mis vero notandū q dyabolꝰ multum conat
ſeminare errores in ecclia dei·ipſe enim eſt quaſi
coruus qui p̄mo currit ad oculum cadaueris·lu
men enim fidei in homie multū conat extinguere· Cuius
rei eſt p̄ma cauſa·quia ipe ſcit poſtquā oculū fidei exceca
uerit in homine poteſt hominē inducere in omne peccatū
Vnde quidam ſenex in vitis patrū dixit q quando operi
untur oculi animalis tunc circuit ad molendum· Alioqn̄

non ambulat in circuitu mole · ſic dyabolus quã operuerit
oculos mentis in omne peccatum inclinat hominem · Nõ
figuratum eſt Judicum · xvij · in ſampſone quaz phyliſtei
fecerunt molere poſtquam ei eruerunt oculos · Secũda
eſt ꝙ dyabolus odit lucem fidei · vnde ꝺ ipo ſpãliter dicit
illud Jo · iij · Qui male agit odit lucẽ · ipe enim eſt falſus
mercator volens homines decipe dum tenebras ꝓcurat ·
Ipſe eſt etiam deformis adulter Vnde ne deformitas eiꝰ
videatur procurat tenebras · Job · Oculus adulteri obſer
uat caliginem · Tercia cauſa eſt ꝙ dyabolus eos qui ſibi
ſeruiunt ducit ad patibulum infernale · Ipſe enim ſic re
munerat ſeruientes ſuos ⁊ ideo velat eis oculos vt furibꝫ
ne videãt quo ducant · Quarta cauſa quia ſcit ꝙ ſi poteſt
aliquem extra viam fidei ponere · quicquid poſtea faciet
inutile erit ſibi · quo ad vitam eternaz · De via iſta p̃s · Er
rauerunt in ſolitudine in inaquoſo viam ciuitatis habitacu
li non inuenerunt · Augꝰ · Bona opera p̃ter fidem videnť
michi eſſe velociſſimi curſus extra viaz · Quinta eſt quia
fides eſt dexter oculus anime quem ſi dyabolus homĩ eru
erit ip̃m inutilem ad pugnam reddit · Nõ figuratum eſt
p̃mo reg · xj · in naas qui voluit eruere oculos dextros ip
ſis de iabes galaad · Cuiꝰ intẽtõ erat ꝙ dextris oculis eru
tis cum operirẽtur ſiniſtri ſcutis ipi inutiles fierẽt ad pug
nam · Item fides ẽ fundamentũ tocius edificij ſpũalis q̊
deſtructo ſcit dyabolus ꝙ edificium ſpũale deſtructuz eſt
Item ſcit dyabolus ꝙ extra fidem non ſit locus ꝓpiciatõ=
nis · Vnde cum ipſi ꝓpiciatõnem homini inuideat · nollet
enim ꝙ homo eam haberet cum ipe non ſit habiturus eaz
ipſe multum laborat ad hoc ꝙ extra fidem hominẽ ponat
quiſquis extra fidem eſt gladium ire dei habet euaginatũ
ſuper ſe · Jo · iij · Qui incredulus eſt filio dei non videbit
vitam · ſed ira dei manet ſuper eum · Item quicquid eſt ex
tra fidem in mundo quaſi in diluuio perit Quicquid in hoc
mundo eſt extra fidem eſt ſicut mare mortuũ in quo nichil

vivit. Unde bona hereticorum ſunt velut poma que cre
ſcunt in arboribꝫ circa mare mortuum que ante maturita
tem ſunt viridia. matura vero ⁊ inciſſa fauillam intꝰ hñt
Sic bona hereticoꝝ vᵒa bona videnť. ſed ad vltimū in eis
cinis infernalis erit. Extra fidem michil eſt in hoc mūdo ꝙ
placeat deo. quia ſcd̄m apoſtolū. Sine fide impoſſibile eſt
placere deo. Et Jere. iij. Domine oculi tui reſpiciūt fidē
michil etiam eſt bonum homini in mundo iſto abſqȝ fide.
Propter has cauſas multum conať dyabolus errores fi
dei contrarios ſeminare in eccl'ia ⁊ ꝓpter hoc debemus mul
tum circa errores conari. ⁊ p̄cipue p̄lati quoꝝ negligen
tia errores vt ſepius ſubintrant ſicut dominus oſtendit
Math. xiij. Simile eſt regnum homini qui ſeminauit bo
num ſemen in agro ſuo. Cum autem dormirent homines ve
nit inimicus eius ⁊ ſupſeminauit zizaniam in medio tritici
In dormitōne hominū negligētia p̄latorum intelligiť.

¶ De erroribꝫ ꝑ q̄s dyaꝰ multas aīas trahit ad inferos

Quatuor vᵒ errores inueniūť in hijs q̄ fideles videť
eſſe. ꝑ q̄s dyaꝰ multas animas t̄hit ad inferos.
Primꝰ error eſt diuinatōnis. Scd̄s maleficiōꝝ
Terciꝰ ſupſticioſoꝝ remedioꝝ. Quartꝰ eaꝝ ꝑſonaꝝ q̄
credūt ea q̄ fiūt in ſompno tm̄ ⁊ in ſpū fieri in veritate et
corꝑalr̄ ſic error illaꝝ mlieꝝ q̄ ſe dicūt ambl'are d' nocte cū
herodiade. Circa p̄mū vᵒ notandū eſt ꝙ diui dicūť q̄ꝛ deo
pleni Iſti ſibi attribuūt ꝙ dei eſt. p̄ſumūt em̄ p̄dicere fu
tura. ⁊ reuelare occulta. que duo ad deū ſpeal'r ꝑtinent.
Sūt aūt mlte ſpēs diuiatōis ex q̄bꝫ. xiiij. numerare ſuffi
ciat. licȝ ſint mlto pl'es. p̄ma fit ī igne ⁊ vocať piromācia a
pir ꝙ ē ignis. ⁊ mācia ꝙ ē diuiatō Alia fit in aere q̄ vocať
aeremācia Tercia fit in aq̄ q̄ vocať ydromācia. ab ydor ꝙ ē
aq̄. Q'rta fit ī t'ra q̄ vocať geomācia a geos ꝙ eſt t'ra. Qui
ta fit ꝑ phitones in quibꝫ malignꝰ ſpūs loq̄ť Dicūť aūt
phytones ventiloqui a phytō appolline ſic dicti ⁊ cetera.
Sexta fit ꝑ mortuos ſuſcitatos que nigromantia dicitur

Nigros enim grece mortuꝰ dicitur latine· Mancia idem
eſt q̄ diuinatō· Septima eſt augurium que attenditur in
cantu et geſtu ꝛ volatu auium· Octaua attenditur circa
ſternutaciones· Nona circa ſomnia· Decima circa ſortes
quas falſo dicunt apoſtolorum· Vndecima circa variaꝫ in=
ſpectioeꝫ pſalterij euangelioꝝ et alia ſcripturaꝝ· Duo=
decima eſt mathematicoꝝ qui conſtellatōnes conſiderant
qui etiaꝫ dicuntur magi· Tredecima eſt eoꝝ qui arioli di
cuntur· qui in aris ydoloꝝ demonum reſponſa recipiunt·
Decimaquarta eſt eorum qui vocantur aruſpices· quaſi
horarum vel aure ſpectatores· qui dies ꝛ horas in operi=
bus agendis cuſtodiunt· Regulariter autēꝫ tenenduꝫ eſt
quod omnis diuinatō quocunqꝫ modorum predictorum fi
at· aut alio modo ſimili probibita eſt ꝛ maledicta a deo· ꝛ
a ſancta eccleſia· Sunt autem multa que debent homines
cohibere ab hoc peccato· Primuꝫ eſt· quia peccatum illud
dyabolicum eſt· diuini enim ad modum luciferi volunt ſi=
miles eſſe altiſſimo· dum futura predicere volunt que ad
deum ſpecialiter pertinent· Vnde yſa· Priora ꝛ nouiſſima
nunciate michi· ꝛ dicam q̄ dij eſtis· ꝛ eſt inuentuꝫ hoc pec
catum a demonibus in mundo iſto· Auguſtinus· Hec va
nitas magycarum arcium ex traditōne malorum angeloꝝ
in toto orbe terrarū pluribus ſeculis inualuit· ꝛ per inuen
tōnes eorum inuenta ſunt aruſpicia ꝛ auguriatōnes· et
ipſa que dicuntur oracula· Qui autem diuinis fidem ad=
hibent· ſimiles ſunt illis angelis qui lucifero ſuperbienti
conſenſerunt· ꝛ ſicut lucifer eo quod voluit eſſe deus fa=
ctus eſt ſathan· ꝛ dei aduerſarius· Similiter ꝛ angeli qui
ei conſenſerunt· dei aduerſarij facti ſunt· Sic et diuinus
qui vult eſſe deus· ꝛ qui ei fidem adhibent· dei aduerſarij
ꝛ ſathane fiūt· Multuꝫ offenderet rex francie ab eo qui
ſe vellet facere regem in regno ſuo· ꝛ ab eis qui ei conſen
tirent· oporteret enim eum cum rege pugnare· vt vide=
retur quis potentior eſſet· Sic deꝰ pugnabit cū diuinis·

500

⁊ ſic illis qui ſentiunt illis· ſapientie· v· Pugnabit cuȝ il
lo orbis terrarum contra inſenſatos· Et ibidem· Accipiet
armaturam zelus illius ⁊ armabit creaturaȝ adulatōnem
inimicoꝝ· ⁊ ꝗ acuet iracundiaȝ in lanceam· et tunc appa=
rebit quis potencior ſit· an ipſe an diuini· Secundum eſt
hoc· quod ſacra ſcriptura ita diſſuadet illud· leuitici· xix·
ne declinetis ad magos· nec ab ariolis aliquid ſciſcitemi=
ni· Et ibideȝ· Non anguriabitis nec obſeruabitis ſomnia
Deut°· xviij· Non inueniatur in te qui ariolos ſciſcitetur·
⁊ obſeruet ſomnia atqȝ auguria· ne ſis maleficus nec in=
cantator nec phitones conſulas vel diuinos· nec queras a
mortuis veritatem· Et apoſtolus ad gal'· iiij· Dies obſer
uatis ⁊ tempa ⁊ annos ⁊ menſes· timeo ne forte ſine cau=
ſa laboramini in vobis· Tercium eſt multiplex pena· qua
dominus legitur puniſſe hoc peccatum· ⁊ pene que in legē
diuina ⁊ iure poſitiuo huic peccato taxantur· Notanduȝ
ergo eſt· quod peccatum diuinorum ſimile eſt peccato eue
que ſcientiam diuinam appetit· volens eſſe ſicut deus bo=
num et malum ſciens· Geñ· iij· Mulieres que diuinis fi=
dem adhibent· quemadmodum matris eue ſcientiam affe=
ctant· attendere debent multiplicem penā· qua totꝰ mūdus
pro peccato iſto punitus eſt· De pena etiam hac legitur·
quarto reguȝ primo· quod mandauit helyas ochozie· Nū
quid non eſt deus in iſrahel· vt eatis ad conſulendum bel
zebub deum aſtaron· quamobrem dicit dominꝰ· de lectulo
ſuper quem aſcendiſti non deſcendes· ſed morte morieris·
Et· ij· pal'· x· ſic mortuus eſt ſaul propter iniquitates ſu
as· eo quod preuaricatꝰ ſit preceptum domini quod pre=
cepit· et non cuſtodiuit illud· ſed inſuper etiam phyto=
niſſam conſuluit· nec ſperauit in domino propter quod in
terfecit eum· et tranſtulit regnum ad dauid filiuȝ yſai·
De pena huic peccato taxata· leuit'· xix· Anima q̄ declina
uerit ad magos ⁊ ariolos· ⁊ fornicata fuerit in eis· ponaȝ
faciem meaȝ contra eaȝ· ⁊ interficiaȝ eaȝ de medio ppli ſui·

Et leuit̄ · xxvij · Vir ſiue mulier in quibus phytonic⁹ vel
diuinatōnis fuerit ſpirit⁹ morte moriatur lapidibus ob
ruat eos · ſanguis eorum ſit ſuper eos. Pena taliuꝫ incan
tatōnum ſecundum canones multiplex eſt · Sunt eniꝫ in-
fames nec debent recipi ad eukariſtiam · ſi notoriuꝫ eſt pec
catum ſicut nec hyſtriones · Item non debent admitti ad
accuſatōnem · Item debent excōmunicari Item ſi poſt am
monitōnem vel correctionem nolunt ſe corrigere · ſi ſerui
ſunt debent verberibus caſtigari · ſi liberi includi in carcere
vel vterqꝫ ſunt de parrochia turpiter dehoneſtati ideſt ton
ſorati vel decaluati eiciendi · et hoc poteſt epiſcopus ſua
auctoritate facere · dum tamen caueat a membrorum de-
truncatōne · et morte ⁊ ſanguinis effuſione · vel ſi neceſſe
fuerit inuocet brachium ſeculare · Secundum vero leges
tales capite puniuntur · Quartum eſt hoc quod legitur ·
deut° · xviij · vbi hec peccata prohibentur · ꝙ omnia hec ab-
hominatur dominus · Quinto vero hoc · quod hoc pecca-
tum ab auguſtino apoſtaſia reputat̄ · Vnde ipſe ait · Non
obſeruabitis dies qui dicuntur egypciaci · aut kalendas
ianuarij · in quibus quedam cantilene ⁊ comeſſatōnes ad
inuicem donandi donant̄ · quaſi in principio boni anni faci
unt augurio aut aliquos menſes aut tempora dies aut an
nos · aut lune ⁊ ſolis curſuꝫ · quia qui has ⁊ qualeſcūqꝫ di
uinatōes · aut fata aut auguria obſeruat · aut intēdit aut
conſentit obſeruantibus · aut talibus credit aut ad domū
eorum vadit · aut in ſua domo introducit · aut interrogat ·
ſciat ſe fidem criſtianam ⁊ baptiſmum preuaricaſſe · ⁊ paga
num ⁊ apoſtatam et dei inimicum · iram dei grauiter ineter
num incurrere · niſi canonica penitencia emendatus recon-
cilietur · Videtur tamen quod ſortibus liceat vti · qꝛ ſor
te ioſue exquiſiuit peccatum achor · Sorte etiam depre-
henſus eſt ionathas a ſaul comediſſe fauuꝫ mellis · Jonas
etiaꝫ ſorte a nautis dep̄henſus eſt · dicit etiaꝫ Auguſtin⁹ ·
qꝺ ſors non eſt aliqͥd mali · ſ res in hūana dubietate dīnaꝫ

indicans voluntatē. Ad exempla vero obiecta dici poteſt
quod hec et multa alia permittebantur ante euangelium.
que poſtea tempore perfectioris diſcipline ſunt eliminata
Item ſic̄ dicit Jeronimus. Priuilegia ſingula cōmunem
legez facere non poſſunt. Ad illud vero ꝙ dicit augꝰ. qđ
ſors non eſt aliquid mali. poteſt dici quod verum eſt in ſui
natura. ꝓhibetur tamen quia per aſſiduitatez poſſet ho=
mo labi in ydolatriaz. Unde ſi eſſet cauſa honeſta. ⁊ ſubeſ
ſet neceſſitas. vt ſi eſſet ꝯtencio de electione aliquoꝝ. ⁊
eſſet paritas vtrobiqꝫ. videtur ꝙ exemplo mathie poſſent
ſortes fieri. Unde beda. Si q̄ neceſſitate aliqua ꝯpulſi de
um putant ſortibus apoſtoloꝝ ꝯſulenduz eſſe. videant ip
ſos apoſtolos non niſi collecto cetu fratrum ⁊ precibꝰ ad
deuz fuſis hec egiſſe. Itez cuz quedaz ciuitas eſſet obſeſſa
⁊ dubitaret clerꝰ qui deberent fugere ⁊ qui manere. con
ſulcꝰ augꝰ. dixit illud ſorte eſſe dirimenduz. ¶ Itez obi
citur de ſomnijs. que videntᷣ eſſe obſeruanda. cum quan=
doqꝫ per ſomnia oſtendat dominus hominibus quid futu
rum ſit. vt per ſomonium pharaonis patet quod ſomniū Jo
ſeph expoſuit. Geñ. xlj. ⁊ per ſomniuz nabuch. quod ex=
poſuit daniel. dañ. iiij. et math. ij. Apparuit angelus do=
mini ioſeph in ſomnijs dicens. Joſeph fili dauid ⁊c̄. Ad
hoc dicimus. quod in veritate ſomnia non ſunt obſeruan=
da. Sapiens. Somnia ne cures. Eccleſiaſtici. xxxiiij. Sō
nia extollunt imprudentem. Ibidem. Multos errare fece
runt ſomnia. et exciderunt ſperantes in illis. Unde qui=
dam ſomnijs multum attendens ſomniauit ſe multum vi=
cturum. ⁊ cum multa bona congregaſſet. repente defun=
ctus eſt. Ad ſolutōnem vero obiectorum notandum. qđ
ſex modis fiunt ymaginationes ſomniorum. ſicut dicit
gregorius in dyalogo. Aliquando ventris plenitudine.
Aliqñ ventris ⁊ capitis exinanitōne. Aliqñ demonis illu
ſione. Aliquando cogitatōne tantum. Aliquando cogita=
tōne ſimul et illuſione. Aliqñ dei reuelatōne. Aliquando

cogitatōe ſil' et reuelatione · Duo prima gña ſomnioꝝ ex
perimento cognouimus · Cetera in ſcripturis inuenimus ·
De tercio eccī · xxiiij · illud multos errare fecerūt ſomnia
De quarto eccaſ · v · vbi multa ſunt ſomnia · ibi multe ſunt
vanitates · Et parꝫ ſupra · multas curas ſequent' ſomnia ·
De quinto geñ · xxxvj · Audite ſomnuꝫ meuꝫ ꝛc̄ · De ſex=
to legitur dañ · iiij · ſomnum tuuꝫ ꝛ viſiones capitis tui in
cubili tuo hmōi ſunt · ꝗ poſt diſſerens daniel a radice co
gitationis inchoauit dicens · Tu rex in ſtratu tuo cepiſti
cogitare ꝛc̄ · non eſt enim credenduꝫ ſomnijs · quia quo im
pulſu fiant facile non elucet · tamen ſancti illuſiones ꝛ re
uelatōnes quodaꝫ intimo ſapore diſternunt · vt ſciāt quid
a bono ſpū pcipiant · vel quid ab illuſione paciant' · Vnde
de ſomnio ꝛ illuſione demonis facto dicit Gregorius ſu=
per illud Job · vij · Terrebis me per ſomnia · dyabolus cu
pidis proſpera · timidis aduerſa per ſomnia ingerit vt ma
gis afficiat eis eos · Et ſanctos dei quos minus valet vi=
gilantes · grauius temptat dormientes quod deus benigne
permittit · ne ſalteꝫ in ſomnijs a paſſionis premio vacent ·
¶ Iteꝫ queritur quomodo ſepe eueniant que predicūt di
uini exquo fides eis adhibenda non eſt · Ad hoc reſpon=
dit Auguſtinus · quod hoc fit dei permiſſione vt probetur
qualem fidem homines ad deuꝫ habeant · Quod probat au
guſtinus illo verbo deut° · xiij · Si ſurrexerit in medio tui
propheta · aut qui ſomniuꝫ vidiſſe ſe dicat ꝛ predixerit ſi
gnum ac portentum et euenerit quod locutus eſt · et dixe
rit enim tibi eamus ꝛ ſequamur · deos alienos quos igno=
ras et ſeruiamus eis · non audies verba illius prophete
aut ſomniatoris · quia temptat vos dominus deus veſter ·
vt palam ſciat an diligatis eum an non ꝛc̄ · Preterea · di=
uini ſolent quibuſdaꝫ ſignis futura conicere · Vnde quan
do inquirunt de aliqua muliere · vtrum grauida ſit ſolent
zonam ſuaꝫ inſpicere · in qua aliqua grauiditatis ſigna poſ
ſunt pcipere · Vnde quedaꝫ decepta fuit a q̊daꝫ pſbitero ·

50q

quí non poterat corrigere parrochianos ſuos · qūn crede
rent cuidam diuine · ſed tandez miſit zonaz ſcilicet ad eaz
que zona inſpecta cum preſbiter eſſet pinguis ipſa indi
cauit preſbiteruz eſſe impregnantē · Preterea a caſu quan
doqz dicunt ea que futura ſunt · Dyabolus eniz ſicut di=
cit Rabanus · nonnunquam ſolet vera multa predice=
re · vt ad extremum valeat animaz aliqua falſitate laquea
re · quomodo autem dyabolus futura predicat dicit augu
ſtinꝰ · Demones prediti acumine ſenſus et celeritate mo=
tus nunciant · que homines ꝑ ſenſus terreni tarditate mi=
rentur · Acceſſit etiam demonibus reꝝ longe maior exper
iencia · quam poteſt hominibus ꝓpter breuitatez vite ꝑue
nire · per has efficacias non ſolum futura multa p̄dicunt ·
verum etiam multa faciunt · que quandoqz homines dice=
re aut facere non poſſunt · Vnde eos dignos quibus ſer=
uiant · ⁊ quibꝫ diuinos honores ꝓferant arbitrant̄ · Pre
nunciant etiam que ipſi facturi ſunt · Accipiunt eniz ſepe
poteſtatez ⁊ morbos immittere · et ip̄m aerez viciando mor
biduz reddere · ⁊ puerſis atqz amatoribus terrenoꝝ co=
modoꝝ malefacta ſuadere · de quoꝝ moribꝫ certi ſūt eis ta
lia ſuadentibꝫ ꝯſenſuri · Aliquando p̄dicūt non q̄ ipi faciūt
ſꝫ q̄ naturalibꝫ ſignis futura p̄noſcūt · q̄ ſigna in hoīm ſen=
ſus venire non pn̄t · non tn̄ ꝓpter hoc dicendi ſūt demones
diuini · licet p̄uideant aliqua q̄ homīes non p̄uideant · ſic
nec medicus diuinꝰ dicendꝰ eſt · Vn̄ augꝰ · Non qꝛ p̄ui
det medicus qđ preuidere neſcit huiꝰi artis ignarus · non
tn̄ ideo diuinꝰ habendꝰ eſt · Fallunt etiaz demones ſic di=
cit augꝰ · ſtudio fallendi ⁊ inuida voluntate · qꝛ homīez er
rore letant̄ · Sꝫ ne apud cultores ſuos pondus auctorita
tis amittant aliquid agunt vt interp̄tibꝫ ſuis ſignoꝝ qꝫ
ſuoꝝ ꝯiectoribꝫ ibi culpa tribuat̄ quando ipſi decepti fue
runt mentiti · Itez querit̄ quō potuit phytoniſſa ſamue=
lez ſuſcitare · vt videt̄ dicere · j · reḡ · xxviij · de quo ſctō ſic
auguſtinꝰ · ſentire videtur quod dyabolꝰ appuit in ſpecie

ſamuelis · licꝫ ſint diuerſe opiniones ſuper hoc · Augꝰ · lo-
quens de ſuſcitatōe illa ait · Dyabolꝰ vt errorē faceret in
quo glorificaretᷣ · habitu viri iuſti ⁊ nomīe ſe ſubornauit ·
Itē quō poterat eſſe qđ arte magica attraheretᷣ vir a na-
tiuitate ſanctꝰ · et vite opibꝫ iuſtꝰ · Itē augꝰ · Si ſamuel
vere apparuiſſꝫ · non vtiqꝫ vir iuſtus ꝑmiſiſſet ſe adorari · qui
p̄dicauerat ſolū dn̄m adorandū · Itē quō homo dei q̄ cū
abrahā in refrigerio erat diceret ad virū peſtilentie · ⁊ di
gnū ardore gehenne · cras mecum eris · Et ſubdit augꝰ ·
His duobꝫ titulis ſubtilitatē fallacie ſue ꝓdidit inprou
dus ſathanas · Itē queritᷣ de hoc ꝙ dictū eſt · qđ tpa ob
ſeruanda non ſūt · cū ipſum medici obſeruent medicinis
ſuis dandis ⁊ minutōnibꝫ faciendis · Ad hoc dicitᷣ ꝙ talꝭ
obſeruatō tpm rep̄henſibilis non eſt · cum racio naturalis
poſſit de hoc reddi · Non ſūt rep̄henſibiles etiā agricole
qui obſeruant tpa ad ſeminandū · ⁊ arbores incidendas vel
ſimilia cū hoc habeat certā racionē ¶ Sequitᷣ de erro-
re maleficiorꝝ · Notandū ergo qđ malefici ſunt qui ꝑmiſ
ſū dei elementa concuciunt · hoīm mentes turbant minꝰ con
fitentiū in deo · ac ſine vllo veneni hauſtu violentia carmīs
interimunt · Vocantᷣ autem tales malefici ob facinorꝝ mag
nitudinē · Vnde cū facere malū ad oīes peccantes ꝑti
neat · maleficis tn̄ apropriatᷣ · eo qđ multū ſint mali · ·
Sequitᷣ de errore ſupſticioſorꝝ remediorꝝ · De quo erro-
re Augꝰ · in li · de doct · xp̄iana · Ad ſupſticionem ꝑtinent
omnes ligature atqꝫ remedia que medicorum quoqꝫ di-
ſciplina condemnat · Inter remedia vero talia · quedā ſūt
nugatoria quedā noxia · Item quedam ſunt contumelio
ſa homini ⁊ quedam deo · Nugatoria ſunt vt cū ſella auer
titur vt tempeſtas auertatur ⁊ multa alia talia · Item cū
mulier que in partu laborat · nouem vtenſilibus tangi-
tur vt faciliꝰ pariat · ⁊ multa alia his ſimilia · que indiſcre
te mulieres facere conſueuerunt · Noxia vero ſunt · vt cū
mulier facit vt conceptus eius impediatᷣ ſic cum aſſeres

tangit ſtube in aqua balneat ſe in diebus purificatōis ſue
hac intentōe · vt quot aſſeres ſtube tetigerit tot annis non
concipiat · que apud deū tot homicidiorꝫ videtur rea eſſe
quod conceptus illo facto voluit impedire · nec quorum=
cunqꝫ homicidiorꝫ · ſed videtur interfectrix eſſe ꝓpriorum
infantiūꝫ · Contumelioſa vero ſunt homini ſic̄ illa que ho=
minibus alique mulieres ſolent dare ad alliciendum eos
ad amorem earum · Contumelioſa vero deo ſūt ſicut illa que
fiūt de criſmate vel de corpore criſti · vel de alijs ſacramen=
tis eccleſie · Item poſſunt diuidi iſta remedia ſecundūꝫ
diuerſitatem eorꝫ circa que fiunt · Alia eniꝫ fiunt contra
infirmitates vel hominum vel pecorꝫ · alia contrā ſterilita=
tem · alia contra pariendi difficultatem · alia contra nimis
frequentes partus · alia contra luporꝫ crudelitatem · cum
beſtie amiſſe includunt᷑ · ne a lupis deuorent᷑ · Caueat ta=
men predicator ne · dum ſpecies taliūꝫ remediorꝫ in p̄di=
catōne tangit · erubeſtibilia mulierꝫ hominibꝰ apiat in ſcan
dalum earꝫ · Item ne mulieres doceat remedia que ipſe ne
ſciunt · ſi credit ꝙ ipſe ea facture ſint · Item peccatūꝫ il=
lud multum habet fatuitatis · Cuilibet enim ſanum caput
habenti · naturalis racio dictare deberet · quod remedia ta
lia illam efficaciam non habent q̄m credunt habere · Item
infidelitas ſiue ydolatria que eſt in peccato iſto deterior vi
detur ydolatria paganorꝫ · Illa enim a quibus deo dereli=
cto fatue mulieres ſperant ſanitatem vel ꝓlem vel ſimilia
minus videt᷑ deus eſſe quam ydola paganorꝫ · Illa eniꝫ ad
minꝰ hn̄t formaꝫ hūanā iſta vō non · P̄ iſtud peccatū nec
deum nec homines reuereri videtur quo ad hoc quod ho=
mini multa vilia ⁊ abhominabilia dant ad comedendū que
hoc vicio laborant · Sacramenta etiaꝫ eccleſie ꝯtemnit il
lud peccatum cum de iſtis ſacramentis ſepe fiat · etiaꝫ d̓ cor
pore criſti quod eſt horrendum dictu fit ſepe · In hoc vi=
dentur mulieres · que talia remedia agunt deteriores eſſe
ipſis demonibus · qui credunt ⁊ ꝯtremiſcunt illū ad queꝫ

ipſe abſqꝫ timore accedunt ⁊ de corpore eiꝰ peccatuz ſuuz
faciunt. Sed queri poteſt vnde maleficia ⁊ talia remedia
efficaciam habent frequenter ſicut videt̃. Ad hoc poteſt
dici quod habent talia remedia efficaciaz pluribus de cau
ſis. Primo quia homines paruaz fiduciaz habent in deuz.
⁊ ideo dominus permittit eos a demonibus impediri. Se-
cundo. error qui in hominibꝫ eſt quoꝝ pena frequẽter eſt
hoc qđ creditur eſſe effectus maleficij. Tercio probatõ
fidei in bonis. ſicut dictum eſt prius. Quarto pactum et
ſocietas mala demonum et hominuz. Augꝰ. Omnes artes
huiõi. vel nugatorie ſũt vel noxie ſuperſtitõnis. ex quadaꝫ
peſtifera ſocietate demonuz ⁊ hominuz. quaſi pacta infide-
lis ⁊ doloſe amicicie ꝯſtituta. penitꝰ ſũt repudiande et fu
giende xp̃iano. Quinto deſideriuz lucrandi animas qđ dya
bolus habꝫ. ideo enim dyabolus talia efficit. quia tot aĩas
occaſione illa lucrari ſe videt. qui eniꝫ talia facit. ⁊ qui ta
libus fidem adhibet. ipſo facto dyabolo ſeipſuz dat. Hic
tamen notanduz eſt. quod ſi aliquis colligat herbam me
dicinalem. cuz ſymbolo diuino vel oratõne dominica. vel ſcri
bat in carta ſymbolum vel dominicaz oracionem. vt ponat
ſuper aliquem infirmuz. vt ſic in iſtis tantum deus creator
omniuz honoret̃. non reprobatur duz nulla alia ſuperſticio
admiſceat̃. Tria ſunt quibus non ꝓhibetur homines vti
ad remeduiz. ſcilicet herbe ⁊ ſimilia que naturalem habẽt
virtutez. de quibus racio ſecunduz medicinaz reddi põt.
Item ieiunia ⁊ oraciones ⁊ elemoſine ⁊ huiõi. qđ certuz
eſt placere deo. que ſũt de gñe bonoꝝ. hec enim valent ad
optinendaꝫ a deo ſalutẽ ⁊ alia quibꝫ indigẽt. Itez pñt ho
mĩes vti verbis ſacris. q̃ alicuiꝰ auctis ſũt et alijs ſacris
rebꝫ. ¶ Sequit̃ de errore illaꝝ pſonaꝝ. q̃ credũt corpo-
raliter ⁊ vere fieri. q̃ eñ in ſomno fiũt. ſic credũt quedam
mulieres q̃ ꝓfitent̃ ſe cuz dyana dea paganoꝝ. vel cuz he-
rodiade vel in numera multitudine mulieꝝ ſuper quaſdam
beſtias nocturnis horis multa terraꝝ ſpacia ꝑtranſire eiꝰ

508

iuſſionibus velut dñe obedire certis noctibꝫ ad eiꝰ ſeruiciū euocari. Aſſerunt etiaꝫ ab illis creaturas poſſe in melius vel in deterius cōmutari. aut in aliam ſpecieꝫ vel ſimilitudinem transformari. de his dicit decretum. quod non a diuino ſpiritu ſed maligno mentibus fidelium talia fantaſmata irrogant. Dyabolus enī cuꝫ animaꝫ alicuiꝰ per talem crudelitatem ſibi ſubiugauerit. menti quam captiuam tenet multipliciter illudit. nec debꝫ aliquis in tantaꝫ ſtulticiaꝫ deuenire. vt credat om̄ia que in ſomnis ⁊ ſpiritu tantum fiunt. etiam in corpore accidere cum ⁊ paulus non audeat aſſerere quod fuerit raptus in corpore. De his etiaꝫ dicit decretuꝫ. quiſquis credit aliquaꝫ creaturaꝫ aut in deterius poſſe aut in meliꝰ ꝯmutari. aut transformari in aliam ſpecieꝫ vel ſimilitudineꝫ. niſi a creatore per queꝫ facta ſunt omnia ꝓculdubio infidelis eſt. ⁊ infideli deterior. Valde ſtulte ſūt mulieres huiꝰ. quibus ſuaderi non poteſt ḡn in veritate fiat qd videtur fieri eis duꝫ conſtat multa videri homībꝫ dormiendo. que poſtea ſciunt falſa fuiſſe. Nr̄ qꝫ videtur dormiēti ꝗ multū comedat. cum aūt expgefactꝰ fuerit famelicꝰ eſt. Yſa. xxix. ſicut ſomniat eſuriens ⁊ comedit. cum autem fuerit expgefactꝰ. vacua eſt anima eiꝰ ⁊ ſicut ſomniat ſiciens ⁊ bibit. cuꝫ tamen expgefactꝰ fuerit laſſus adhuc ſitit ⁊ anima eiꝰ vacua eſt Sic erit multitudo omniuꝫ gentiuꝫ. qui dimicauerunt contra montem ſyon. Item videtur alicui cum dormit. quod ſit cum muliere. cum tamen excitatus eſt a ſomno ſcit nullam mulierem affuiſſe. Item videtur alicui layco cum dormit quod ipſe ſit ſacerdos. nūquid ꝓpter hoc cum excitatꝰ ſit a ſomno ſacerdos eſt. vt poſſit miſſam celebrare. Preterea ſi verum eſſet quod ipſi dicunt. quomodo auderent herodyadem ſequi. que fuit adultera illa. q̄m abſtulit herodes fratri ſuo philippo. que etiam fecit amputari caput Johannis baptiſte. Quomodo audent aſſerere bonam rem que caput illiꝰ qui in vtero ſanctificatus eſt. et quo maior inter

natos mulierum non ſurrexit fecit amputari. cuꝫ in ſacra ſcriptura nichil omnino legatur de eius ꝯuerſione. Contra hunc errorem valet. quod in vita beati Hermani altiſſ. odorenſis. legitur. qui cum declinaſſet ad quoddam hoſpicium vidit cum omnes de domo cenaſſent menſam iterum preparari. qui cum admiratus queſiuiſſet quibus talia prepararent. indicatum eſt ei quod bonis hominibus qui de nocte incedebant. Unde vir ſanctꝰ vigilans cum demones veniſſent ad menſam illam ⁊ ſediſſent. vir ſanctꝰ ſurrexit ⁊ demones abire non ſinens. excitauit eos qui de domo erant inquirens ab eis ſi pſonas illas agnoſcerent. qui reſponderunt ꝙ ſic. addentes qđ vicini eorum eſſent. Unde vir ſanctꝰ miſit illos ad domum vicinorum. ⁊ inuenerunt eos ibi. que cū retuliſſent viro ſancto ipſe coegit demones indicare ſeipſos. et ꝯfeſſi ſunt ſe demones eſſe. ⁊ ſic hominibꝫ illudere.

## De peccato irreuerentie. Triceſimūſeptimū capitulū.

Sequitꝰ de peccato irreuerentie. que eſt quando aliquis negat honorem illi cui debet exhibere eum. Nota quod quatuor ſunt quibus debemus reuerentiam exhibere ſcilicet deus. angelꝰ. res deo ꝯſecrate vt eccleſie. et homines. Deo reuerentiam debemꝰ. vt coram eo peccare erubeſcamus. et coraꝫ eo ſtrennue bona agamꝰ Unde quidam. Cum quid turpe facis quod me ſpectante ruberes. cur ſpectante deo. non magis ipſe rubes. Boeꝰ. Magna nobis ſi diſſimulare non volumꝰ. indicta eſt probitatis neceſſitas. cum ante oculos iudicis agimus cuncta cernētis. De reuerentia angeli. Bernhardꝰ. In quouis diuerſorio. in quouis angulo. reuerentiam habe angelo tuo. nec audeas eo preſente. quod me preſente non auderes. De reuerentia ſacris locis exhibenda. Geñ. xxviij Quam terribilis eſt locus iſte. non eſt hic aliud niſi domꝰ

dei ⁊ porta celi· Precipue reuerenda eſt eccleſia propter preſentiam dominici corporis· Sed quidam ſunt qui nec propter hoc reuerentur eccleſias·cum hac de cauſa eccle ſie demonibus ſint terribiles ·Videntur tales homines in hoc eſſe demonibus deteriores·cum domini ſit terra ⁊ ple nitudo eius·bñ deberent ſaltē loca ſibi conſecratā pacifice poſſidere·bene dƀent hoies ceſſare a cōtūacia dei in locis huiōi·que facta ſunt ad ſeruicium dei·bene deberet ſuffi= cere eis quod in alijs locis ſeruicium dyaboli facerent·et in his ſoli deo ſeruirent· Quomodo oracio eius in eccleſia exaudietur·qui in ea non timet deum offendere· Deberēt etiā eccleſie terribiles eſſe hominibus ꝓpter ſanctos illos in quoꝝ honore dedicate ſunt. ꝙ offendunt̄ cuꝫ eoꝝ eccle ſie franguntur· Contra fractionem eccleſiarum valet illd̄ quod legitur·ij·machab·iij·de elyodoro qui locum ſacruꝫ volebat ſpoliare pecunijs commendatis · Sicut enim ibi legitur· Apparuit quidam equus terribilem habens ſeſſo rem optimis opertimentis adornatus· Iſqꝫ cuꝫ impetu ely odoro priores calces eliſit·qui autem inſidebat videbat̄ ha bere arma aurea· Alij etiā apparuerunt duo iuuenes qui circumſteterunt euꝫ·⁊ exutraqꝫ parte flagellabant ſine in termiſſione·ſubito autem elyodorus concidit in terram·⁊ in ſella geſtatoria deportatus eſt ex erario·⁊ iacebat mu= tus atqꝫ omni ſpe et ſalute deſtitutus·ſed precibus oīe ſacerdotis vita ei donata eſt· Hominibus vero reuerentia exhibenda eſt·⁊ hec omnibus· Et·i·pe·ij· Omnes hono= rate ·Et ibidem · Subiecti eſtote omni humane creature ꝓpter deum· Apoſtolus· Honorem inuicem preuenientes Specialiter autem in hominibus debem⁹ dei ymagineꝫ ho norare. non veſtes vel diuicias vel aliquid ſimile· Si yma gini beate virgini honor exhibendus eſt·quomodo ymagi= ni beate trinitatis que homini eſt·honor exhibendus non eſt·Bernhard⁹· Conſcientie tue debes honorem coraꝫ qua peccare erubeſcas·Eccleſiaſtici·x· Da anime tue honorem

ſecundum meritum ſuum. Honorandi etiã ſunt homines
ꝓpter angelos eis ad cuſtodiam deputatos. Unde mat.
xviij. Videte ne contempnatis vnum ex hijs puſillis. An-
geli enim eorum ſemper vident faciem patris mei qui in
celis eſt. Fatuum eſt inhonorare hominem qui ita ab ange-
lis honoratꝰ. luc. xvj. Factum eſt vt moreretꝰ mendicus
et portaretꝰ ab angelis in ſinum abrahe. Honorandi ſunt
etiam homines ꝓpter humanam naturã vnitam diuine. Fa-
tuum eſt etiã inhonorare illud quod deus honorauit. Etiã
ſerui contempnendi non ſunt. Cyprianus. Qualez cupis
te erga deum eſſe. talis eſto erga ſeruum tuum. Sen. Cũ
inferiore ſic viuas. quemadmodum ſuperiorem viuere ve-
lis tecum. Idem. quemadmodum ſtultus eſt qui equum
temptaturꝰ non ipm aſpicit ſed ſtratũ ⁊ frenos. ſic ſtul-
tiſſimꝰ eſt qui homiez ex veſte aut ex cõditõe qua circũda-
tus eſt exiſtimat honorandum. Item. Sen. Serui ſunt
ymmo homines ſerui. ymmo cõſerui. ſerui ſunt. ymmo hũi-
les amici. rideo iſtos qui turpe exiſtimant cũ ſeruo ſuo ce-
nare. Virga murmur omne compeſcitur tota nocte ieiuni
preſtant. Sic fit vt iſti de domino loquantur quibus co-
ram dominis vel domino loqui non licet. At illi quibus
non tm̃ corã dñis ſꝫ cum ipis ſmo erat qrũ oſnon cõſueba-
tur pati erãt corã dño porrigere ceruicẽ. In cõuiuijs loq-
bantꝰ ſꝫ in tormẽtis tacebãt. Ad col. iiij. Dñi qđ iuſtũ eſt
et equũ ſeruis pſtate. ſciẽtes qm̃ ⁊ vos dñm hẽtis in celo.
Precipue aũt honorãdi ſũt ſerꝫ ſi ſũt boni ⁊ fideles. ecc.
vij. Seruus ſenſatus ſit tibi dilectus quaſi anima tua.
Et. xxiij. eiuſdem. Si eſt tibi ſeruus fidelis ſit tibi ſicut
anima tua quaſi fratrem ſic eum tracta. Non ſunt etiam
contẽpnendi peccatores qꝛ ille qui valde malus modo eſt
forſitan in dei ꝓuidentia bonꝰ hõ eſt. Deut. xxiij. Non ab-
hominaberis ydumeum quia frater tuus eſt. Precipue
tamen ſunt illi honorandi qui ſunt bone vite cum vt vide-
tur attineãt deo omni genere parentele. Math. duodecio.

512

Quicunqȝ fecerit voluntatem patris mei qui in celis eſt
ipſe meus frater et ſoror et mater eſt · Preterea in viris
iuſtis honoratur ipſe deus qui in eis habitat · Vnde qui
dam religioſus dicebat adorari debere fratres aduenien=
tes cum certum ſit in aduentu eorum · aduentum domini
noſtri iheſu criſti hri. qd videtur intellexiſſe abraham qui
tres viros qui ſibi apparuerunt in hoſpitio ſuo adoratōne
premiſſa ſuſcepit · Geneſ · xviij ¶ In viris etiam pa=
trum legitur q dyabolus pertimeſcat recte viuentes · do
minus etiam contēptum talium ſuum reputat · Luce · x ·
Qui vos ſpernit me ſpernit · Pauperes etiam deſpicien=
di non ſunt · Greg · Pauperes non ſunt deſpiciendi vt e
geni · ſed exorandi vt patroni · Honor qui pauperibꝫ exhi
betur deo ſpecialiter exhibetur · ¶ Qui ſunt honorandi ·

ET licet omnes homīes honorādi ſint · quedaȝ ta
men perſone magis ſunt honorāde quam alie vt vi
due · vñ · j · thy · v Viduas honora ꝛc · Domi etiā
multum honorandi ſunt a ſeruis · Ro · xiij · Omnis aīa po
teſtatibꝫ ſublimioribꝫ ſubdita ſit · Et ad colo · iij · Serui
obedite per omnia dominis veſtris carnalibus · Et · j · pe · ij
Serui ſubditi eſtote in omni timore dominis ꝛc · Et geñ ·
xvj · dictū eſt agar ancille · Reuertere ad dominā tuā ꝛ hu
miliare ſub manibꝫ eius · Et ezech · xvij · Multa mala pre
dixit regi iuda qꝛ tributum q promiſerat regi babilonis ſol
uere noluit · Et Math · xvij · Soluit dominus tributum
licet non deberet eo q filius regis eſſet · Item adoleſcen
tes debent honorare ſenes · j · petri · ij · Adoleſcētes ſubditi
eſtote ſenibus · Tren · quarto · Facies domini dimiſit eos
non addet vt reſpiciat eos · facies enī ſacerdotū nō erubu
erūt nec ſenū miſerti ſūt · Sap · ij · dicūt mali nec vereamꝰ
veterani canos multi temporis · Leui · xix · Corā cano capite cō
ſurge ꝛ honora perſonam ſenis · Et · j · thi · iiij · Seniorem ne
increpaueris ſed obſecra vt patrē · Sen · cū veterano peiꝰ
agendū eſt · Item viri honorādi ſūt ab vxoribꝫ · j · pe · iij

BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

Similiter ꝛ mulieres ſubdite ſint viris ſuis ꝛ viri debent
honorare vxores · Et ibidē · ſimiliter ꝛ viri cohabitantes
ſcḋm ſcientiam quaſi infirmiora vaſculo mulieri impciētes
honorem · Ideo domin9 non de pede viri ſed de coſta mulie
rem formauit ne a viro contempneretur · Mulier tamen
debet obedire viro quia vir caput eſt mulieris · Non poſſ3
eſſe pax inter coniuges ſi vterq3 vellet dominari ꝛ eſſe ca
put · Inſignum hui9 cum in corpore humano ſint duo pe
des ꝛ due manus ꝛ duo oculi · non eſt tamen ibi niſi vnum
caput · Si enim ibi eſſent duo capita · qn̄do vnum caput
vellet eſſe a dextris · aliud vellet ire a ſiniſtris · Sicut ī do
mo vbi ſunt duo capita nunquam erit pax · Item honoran
di ſunt parentes ꝛ ſpūales ꝛ carnales · De ſpūalibus ecc̄
vij · Honorifica ſacerdotes · Ad hebr̄ · vlt̄ · Obedite prepo
ſitis veſtris ꝛ ſubiacete eis · ipī eniȝ puigilant · q · ratōnem
ꝓ animab9 veſtris reddituri vt cum gaudio hoc faciāt ꝛ n̄
gemētes · ꝛ · j · thy · v · Qui bene p̄ſunt p̄ſpiteri duplici ho
nore habeantur digni · maxime qui laborant in verbo ꝛ doc
trina · Ad idem facit illud · tren̄ · iiij · Non addet domin9 vt
reſpiciat eos facies ſacerdotū non erubuerunt · Glo · No
tanduȝ ꝙ ſupra ſacerdotes quaſi homicidas planxit ꝛ hic
ſeparantur a facie domini quia non detulerunt eis · Quam
uis enim mali ſint non ſunt contempnendi · ſed ille in illis
colendus ꝛ honorandus a quo miſſi ſunt · Et alia glo · no ·
quam terribile ſit ſacerdotem contempnere nec faciem eo
rum erubeſcere · ideſt illis monentibus ꝛ vidētibus a ſcele
ribus non ceſſare · De hijs dicit domin9 · qui vos audit
me audit ꝛc̄ · Ido magis diſplicet deo contemptus eoruȝ
qui vicem dei retinent ꝛ ꝓpter dignitateȝ ſacerdotalē quā
nec ipſi angeli creduntur habere · Non enim credo ꝙ fieret
tranſſubſtantiatio ſi verba illa que profert ſacerdos in
miſſa ab angelo proferentur · Parentes etiam carnales
honorandi ſunt · Exodi viceſimo · Honora patrem tuum
et matreȝ t · Iſte honor attendit in verbis et in factis ſiue

beneficijs. Vero Honor in ſcripturis non tā in ſalutatōni
bus ⁊ verbis quam in collatōnibus munerum ſentitur.
Sunt autem multa que excitant ad honorem parentum
Primo exemplo xpi. qui cum eſſet in anguſtia paſſionis
non eſt oblitus matris ſue. ymmo curam ipſius habuit et
Johanni eam cōmendauit. Jo. xix. Modo facit eam hono
rari a deo in ecclia ſua. vt multi videantur mri deuotōres
quam ipſi filio. Quod credo ideo fieri vt oſtendat quan=
tum ſibi placeat ꝙ parentes a filijs honorent. Et infide=
les parentes ſuos honorant edocti a lege naturali. Vnde
infideli deterior eſt qui parentes non honorat. i. thymō.
quinto. Si quis ſuorum ⁊ maxime domeſticorum curam
non habet fidem negauit ⁊ eſt infideli deterior. Ipſa etiaꝫ
irratōnabilia animalia de hoc dant nobis exemplum. Di
citur enim de grue. ꝙ quando pater ⁊ mater eius depilari
ſunt filij querunt eis neceſſaria donec habeant pilos vel
moriantur. Preterea valde ingratus eſſet qui parentibꝫ
non prouideret quando ſibi prouidere nequeunt. Cuꝫ ip
ſi prouiderit eis in puericia. Ideo dicit ad eph. Filij red
dite vicem parentibus. quia hoc acceptum eſt coram deo.
Qui parentibus carnalibus ingratus eſt de beneficijs ac
ceptis indignus eſt recipere aliquod beneficium a patre
celeſti. Item iuſtū eſt vt ipſi in ſua ſenectute filios ſuos
ſibi duros inueniant. ꝙ multociens iuſto dei iudicō fit.
Vnde refertur ꝙ quidam pater ſenex hereditatem totam
dimiſit filio. Filius vero ille pmo benigne ſe habuit apud
patrem ſed poſt expulit eum a thalamo ſuo. ad vltimū fe
cit ſibi fieri lectum poſt oſtium. et cum yemps eſſet. et
pater eius frigore grauaretur. quia filius abſtulerat
ſibi bona coopertoria. ipſe rogauit filium filij. vt ro=
garet patrem ſuum vt daret ei aliquid ad tegendum
ſe. puer autem vix obtinuit a patre ſuo duas vlnas bu
relli ad opus aui ſui. ⁊ cum alie due remanerent patri
pueri. puer flendo rogauit eum vt et eas ſibi daret. Qui

fletibus illius victus dedit querens quid inde faceret ·
Qui reſpondit ſeruabo eas donec ſis talis qualis eſt pa
ter tuus nec tibi dabo amplius ſicut tu non vis modo pa
tri tuo · Qui ſine pietate eſt erga parentes ſuos non vi=
detur pietatem habere erga alios · Vnde ſimpliciter videt'
ſine pietate eſſe · vñ vix miſericordiã conſequet' · Poſſu=
mus vti etiam verbis ſcripture ad excitandum homines
vt honorent · parentes que ſuadent hec que indicant quã
tum placeat deo hoc ⁊ quam vtile ſit homini ⁊ quam op
poſitum diſpliceat deo · ⁊ quãtum homini noceat Ad que
pertinent que ſequunt' · ecc̃ · iij · Fili ſuſcipe ſenectam pr̃is
tui et non contriſtes eum in via illius ⁊ ſi defecerit ſenſu
veniam da ⁊ ne ſpernas eum tua v̉tute · Ibidẽ · Sicut q̃
theſaurizat · ſic qui honorificat mr̃ez ſuam · Ibidẽ · Qui ho
norat patrẽ ſuũ iocundabit' in filijs ⁊ in die oratõnis ſue
exaudiet' Ibidez · Qui honorat patrem ſuũ vita viuet lõ
giori · Itẽ · Honora patrẽ tuum vt veniat tibi benedictio
Et poſt benedictõ pr̃is firmat domos filioꝝ · Maledictõ
aũt matris eradicat fundamenta · vbi dicit glo · Cham
nuditatem patris irriſit · ⁊ ſemen ſuum in ſeruitutem per
petuam dampnauit · geñ · ix · Abſolon dauid de regno ex
pulit concubinas eius inceſtuauit ſed morte condignas
penas luit · ij · reg̃ · xviij · Heliſei caluiciũ pueri bethel irri=
ſerunt · et duo vrſi · xl · ex eis lacerauerunt · iiij · regum
ſecundo · Item eccleſiaſtici · iij . Gloria patris non erit in
obliuione · Nam pro peccato matris reſtituetur tibi bo=
num · per peccatum notatur illud quod datur pro delecti
one peccatorum · Et ſubditur in die tribulatõnis comme
morabitur tui · et ſicut in ſereno glacies ſoluentur pec=
cata tua · Item ibidem quam male fame eſt qui relinquit
patrem · ⁊ eſt maledictus a deo qui exaſperat matrem ·
Et pu̇ · xix · Qui affligit patrez ⁊ fugit matrez ignominio
ſus erit ⁊ infelix · Et pu̇ · xxviij · Qui ſubtrahit aliquid a
pr̃e ſuo ⁊ mr̃e ⁊ dicit hoc nõ eſt pctm̃ pticeps homicidij ẽ

Et ecc̄. vij. Honora patrem tuum ⁊ gemit⁹ matris tue ne
obliuiſcaris Memento quoniam niſi per illos. non fuiſſes
Et retribue illis quomodo ⁊ illi tibi. Et exo. xxi. Si quis
percuſſerit patrem vel matrem moriatur. Leuit̄. xx. Qui
maledixerit patri vel matri morte moriatur. Et deut̄. xxvij
Maledictus qui non honorat patrem ſuum aut matrem
Tho. iiij. Honorem habebis matri tue omnib⁹ diebus vi
te tue. memor em̄ eſſe debes que ⁊ quanta paſſa ſit peri=
cula ꝓpter te in vtero ſuo. ꝓũbio. xx. Qui maledixerit pa
tri ſuo aut matri extinguet lumen eius in medijs tenebꝛis
ideſt morietur in ſuis peccatis. Ad coll̄. iij. Filij obedite
parentib⁹ per omnia. Baſilius. Parentes nr̄os vt ꝓpria
viſcera diligamus. De hereticis dicit apoſtol⁹. ij. ad thy
iij. Parentibus non obedientes. Et notandum q̄ ſicut ho
mines debent ꝓuidere neceſſaria parentib⁹ carnalib⁹ ſic ⁊
ſpūalibus. Unde math. x. Dignus eſt operari⁹ cibo ſuo.
ij. ad thy. ij. Laborantem agricolam oportet primū de fru
ctibus percipere. Ad gala. vj. Communicet autem is qui
cathezizatur verbo ei qui ſe cathezizat in omnib⁹ bonis. j.
ad thy. v. Qui bene preſunt preſpiteri duplici honore
digni habeantᷣ Et ad theſſ. v. Rogamus vos fr̄es. vt no
ueritis eos qui laborant inter vos ⁊ preſunt vobis in do
mino et moueant vos vt habeatis eos habundantius in ca
ritate. Et eccleſiaſtici ſeptimo. In omni virtute tua dili
ge eum qui te fecit ⁊ miniſtros eius ne derelinquas.

¶ De decimis ⁊ ſimilibus reddendis.

Multa vero ſunt que debent homīes mouere ad
reddendas decimas. primicias. et oblationes
miniſtris eccleſie vt ſuſtententur. Primum
eſt remuneratō dei. Eccleſiaſtici triceſimoquito
Da altiſſimo ſecundum datum ipſius et in bono oculo fa
cito ad inuentionem manuum tuarum quia retribuens eſt
dominus et ſepcies tantum reddet tibi.

¶ Rō ſoluens decimas in quatuor remuneretᷣ.

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

Remũeratˀ aũt q̃drupliˀ qui bñ dat decimas ſcꝫ habũdãciã
fructuũ et ſanitate corporis remiſſione pc̄oꝝ et celeſti re
gno De duobꝫ primis Aug⁹ Si decimas dederis ñ ſolũ ha
bundanciaꝫ fructuuꝫ inde recipies · ſꝫ ⁊ ſanitatem corporis
cõſequeris De alijs duobꝫ idem · qui premiũ deſiderat ꝯpa
rare · aut indulgenciam peccatoꝝ ꝓmereri reddat decimã
et de nouem reſiduis partibꝫ ſtudeat dare pauperibus Et
Malach · iij · dicit dñs Infer omnē decimã in horreuꝫ meũ
ut cibꝫ ſit in domo mea et probate me ſuper hoc dicit dñs
et non apperuero vobis caracteres celi et effũdero vobis
bene vſqꝫ ad habundanciaꝫ · ⁊ increpabo pro vobis deuo
rantem Et dicit interli · vermeꝫ vel viciũ aeris · Et ſubditˀ
Et non corrumpet fructum terre veſtre · nec erit ſterilˀ vi
nea in agro E conuerſo vero qui non dant bene decimas pu
niuntur in paupertate Vñ malˀ · iij Si affigit homo deũ qꝛ
vos me configitis · ⁊ dixiſtis in quo ꝯfigimus te · In deci-
mis et primicijs et penuria vos maledicti eſtis / ecce pena
vbi dicit gloſa · Ideo ſciatis vos perdidiſſe habundanciaꝫ
quia fraudaſtis me parte mea · Aug⁹ Cũ decimas dando ⁊
t̃rena ſilˀ ⁊ celeſtia poſſes ꝓmereri ꝑ auaricia duplici bñdi
ctione te fraudas · hꝰ eſt enĩꝫ ꝯſuetudo dñi iuſtiſſima · ut ſi
illi decimam non dederis · tu ad decimaꝫ reuoceris / dabis im
pio militi · qꝛ non vis dare ſacerdoti · Idem · Maiores no-
ſtri ideo omnibꝫ copijs habũdabant · qꝛ decimas deo dabãt
et ceſari cenſum reddebant · Modo aũt quia diſceſſit deuo
cio dei · acceſſit indictõ viſci Secũdo deberet homines mo
uere ad ſoluenduꝫ decimas et alia miniſtris ecc̃ie ipſũ mi-
niſteriũ eoꝝ In infinituꝫ em̄ ſunt meliora ſpũalia que ip-
ſi dant q̃m carnalia que ipſi recipiũt ꝭ · Cor · ix · Si vobis
ſpũalia ſeminamus non magnum eſt ſi nos carnalia ueſtra
metam⁹ · Tertõ deberꝫ hõmes moue ad ſoluēdũ magˀtudo
pc̄i q̄ eſt in retmēdo ea Vñ · au⁹ Decime ex debito requi
runtˀ ⁊ q̄ eas dare noluit res alienas inuadit Et q̃ti pau-
peres in locis ſuis vbi ipe habitat ipo decimas non dante

557

mortuı̇ fuerint tantoꝝ hõicidiorum reus · ante eterni iudi
cis tribunal hẽtur q꞉ rem a dn̄o delegatam pauperibꝰ ſuis
vſibꝰ reſuauit · talis non ſolum eſt fur ẏmo eciā ſacrilegꝰ
Jer · Amico rapere quippiaꝫ furtum eſt · ecciam fraudare
ſacrilegiū eſt Aut qd̕ apertiſſimi ſceleris aliquid inde ſub=
trahere omniuꝫ predonum crudelitateꝫ exuperat · Quarto
deberet hõies mouere ad ſoluendum talia hoc q꞉ qn̄ talia
ſoluunt non ſuā dant deo · ſꝫ eciaꝫ que dei erāt reddunt deo
Unde gloſa ſuper numeri · Omnia que offerimus di ſunt ·
nichil em̄ damus deo · ſꝫ reddimꝰ · Et Augꝰ in perſona domini
Da michi ex eo qd̕ dedi tibi · Habuiſti me largitorem · ha
beto me feñatorem Prouerbi · ix · Feñat̕ dn̄o qui pauperi
